L'Affitto della Pesca del
Reno

Lo Statuto di Sassoferrato

di Piangolini Oselli di qsta Città

1804

+

1

Ogni libra fanno b.ni venti papal — L. 1 — b.ni 20
Ogni soldo fa un baiocco — S. 1 — b. 1
Un denaro fa un quatrino — den. 1 — q. 1

BIBLIOTECA PIERVISSANI NOCERA

K. 5. 27 Ci/

~ yhs ~

Comitat.s saxi et districtus in sex balijs, et balia quelibet habet parochias ... plis

In Balya Meerazzani est parochia

S. Angli de Meerazano
S. Petri de scorzano
S. Angli de Collepiene
S. Gregorij de Insula
S. Marie collis apicem
S. Donati di Maggettis
S. Poli
S. Johanis de serra pila
S. Petri de ero
S. Damiani et
S. Philippi.

In Balia Montis Rubei

S. Marie di m.te rubeo
S. Marie di Cortis
S. Petri di Gighionibus
S. Ciriati de serra
S. Martini de Rubaldis
S. Marie di Cerro et
S. Stefani di sermetana

In balia Doleit

S. Paterniani collis Vangator
S. Donati di Maranis
S. laurentij collis alti
S. Johanis di castanee
et S. Nicolai de Dole

In q.a balia de Venathuris

S. Venantij de Venatmeris
S. Stefani di Morello
S. Bartoli di castiglione
S. Egidij de Aladijs
S. Paterniani de Insenetis
S. Marie serre collis

In q.ta Balia Regedani ad sunt paro.

S. Cenasij di Regedano
S.te Marie collis ficus
S. Saccini di Lecca
S. Salvatoris di m.te Clave
S. Christofori di casarella
S. Jelicis
S. Paterniani di [illegible]
S. Marcellani di [illegible]

In 6.a Balia Scorzani adsunt paro.

S.ti Jacobi de [illegible] serra
S.te Crucis di casabello
S. Marie Plebis [illegible]
S.ti Laurentij di colle nucis
S.ti Geminiani di Asspro,

In [illegible] Sancte [illegible] sub [illegible] monte

Heremita S.ti Honofrij di m.te Rubro
S.ti Christofori di Nolide
S. Christofori di serra Guati
S. Johanes de Dignes
S. Lucia [illegible]
S. Andree [illegible]

Yhs

Hec sunt statuta comunis et hominum terre Saxiferrati, una cum quampluribus reformationibus, additionibus, scripta et registrata per me Petrum Paulum [illegible] de dicta terra sub anno domini 1584 indictione xiij tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorij divina providentia pape xiij

Non reditura volant fugitive tempora vite
Unica virtutis fama superstes erit
Tempora, quam celeri decurrant fluxa volatu
Inspice qui somno desidieque vacas.
Aspice quam brevibus decurrant tempora punctis
Non te decipiat non reditura dies.

Nota quod statuta disponent que expense [illegible] debeant obtineri [illegible] partes [illegible] et [illegible] disponere de alijs que [illegible] expensis que omni [illegible] statuto [illegible] quis remaneat [illegible] iuris [illegible] ll. si [illegible] in princ. [illegible] matrimonij et ll. [illegible] ff de liberis et [illegible] c. vi [illegible] 101. et [illegible] alijs [illegible] seu [illegible] a maiori parte [illegible] c. q 60: [illegible] Angelus de [illegible] et 167 [illegible] in princ. et [illegible] Angelus [illegible] 8 15. [illegible] in 6° [illegible] 88. in glos. in princ.

IIv

B. Urbanus PP. misit Carolomagno imperatori tres Agnus Dei cu[m] metris versibus VI. D

Balsamus et munda cera cum chrismatis unda
conficiunt agnum, quod munus do tibi magnum
Fonte velut natum, per mistica sanctificatum
Fulgura desursum depellit, et omne malignum,
Peccatum frangit, ut xpi sanguis, et angit,
Pregnans servatur sine vi, Partus liberat.
Dona confert dignis, virtutes destruit ignis
Portatus munde, de fluctibus eripit unde,
Morte repentina salvat, sathaneque ruinam.
Si quis honorat eum, retinet ab hoste triumphum
Tantum pars minima, quantum valet integra tota
Agnus Dei miserere nobis, qui crimina tollit

Laus Deo,

Amen

IN DEI NOMINE AMEN ✝ yhs.

Statutum terræ saxiferrati, per me Petrum paulum ugum recopiatum sub anno 1584 liber primus

Nisi sole ipso clarior et illustrior esset cunctis mortalibus fides quæ
Prohemium
pariter sensibus probaret. in tot animi perturbationibus quibus fra:
gilitate quadam naturæ nræ uexamur, ac premimur, nec placate
nec tranquille, secureq quo pacto uiui posset si non integre iusteq
uiuentis non multo labore doceri posset, q sancta, et q necess.a fuerit
huiusmodi instituendarum legu ratio atq ordinatio diuino namq
consilio atq prouidentia, vnde alimoniam bonorum omnium et beatæ vitæ
architecturam miseris mortalibus fluere rite credimus imbecillitati nræ
succursum est, ut certo ordine ac more uiueremus, nec liberi solutaq uiuendi
potestate superbientes facti precipites in malitia prolaberemur leges itaq
proprias sibi queq ciuitas et hominu comunio condidit in quibus quæ
merito uitanda, et fugienda sunt ita prohibentur ut si qui forte extra
legitimos fines pretergressus fuerit sciat se legu institutarum penis esse
obligatu in delictumq comisisse, reliquis quoq exemplo prebito futurus
recti sane. Cum n. ex cupiditatibus nris quibus cu quotidie pugnam.
iniuriæ, odia, rapinæ discidia, discordiæ, seditiones, ac bella, uniuersa de=
niq mala nascantur quæ non modo homines singulos, sed ingentes fa:
milias ciuitates, prouincias, Regna Imperia labefactare ac delere so=
leant, Non immerito celebre consulto prouisu nobis fuisse credendu est, ne
tot malis uitam nra in caute penderet. ut nosmet iudiciorum legumq terro=
ribus, ac metu earum insatiabiliu furiarum ardore restingueremus, dociq
deniq in tranquillitate æuum. transigeremus. Nos igr suasi ac mo:
niti, ne a publ.ca totius orbis consilio deuiaremus, et ut recte pieq ut decet
uita nostra consisteret duximus pretium legum municipaliu beneficio nri
Saxum ferratum oppidum uocatur
saxoferratensis oppidum munum grata poterimus innocentia beati humus
et nos ipsos qui eum locum incolimus, uiam rectam quantu per fragili
tatem humanæ naturæ licuit diligentissime subiecimus, At cum longe
quitate temporis uel indiscreta attrectatione atq usum fere . . .

abolite essent et lex legi pars aliqua earum posset cum in animis ac volun
tate m.corum dominorum nostrorum et diligenti studio atque opere m. comitis et prestan
tiss.mi D.ni Ludovici de la Turre di Mediolano Pretoris et Comiss.ii pro sancta
Ro. ecclesia, ac et eius auctoritate dominorum quatuor bonusque populi saxoferratensis
ut rescriberentur publice institutum est. Ad gloriam igitur omnipotentis Dei
cuius hoc munus, et gloriosiss.me matris sue Virginis Marie, totiusdemque curie
triumphantis, atque ad exaltationem sac. s.te R. E. et summi Pontificis ac D.ni nostri
D.ni Calisti divina providentia Pape iij, et pariter ad honorem in Christo patris et D.ni
Rodorici Dei, et app.ce sedis gratia tit. S. Nicolai in carcere Tulliano dia
coni Card.lis de Borgia, et Marchie Anconitane, et Saxiferrati provincie
Ducatus legati, et Vicarii generalis, et ad optimum statum, et felicitatem
mag.corum et potentium Dominorum nostrorum Aloysii et Apti de Aptis Sax.ti et Rectorum
et Vicariorum generalium presens opus atque renovatio prospere cedat faustaque
sit, ac felix universo populo saxoferratensi et longo tempore duratura

D. Ludovicus de Turre mediolanensis tunc gubernator

Domini quatuor,

Statuta rescripta tempore Calisti Pape tertii anni 14

Regnantibus D.nis de Aptis

Quoniam que pro salute animarum aguntur sunt corporum negotiis preferenda
Ideo pro elemosinis, que per dictum comune sax.ti religiosis devotissime erogantur
ad laudem Dei, et pro remissione peccatorum, et ut Deus, et Dominus noster Iesus Christus
dictum comune ab inimicorum insidiis protegat, et ut in bono et pacifico statu
consistat et crescat, Statuimus quod conventui fratrum minorum de dicta terra
dum ibi conventus fuerit dentur annuatim de aere comunis quinquaginta
libre denariorum pro eorum necessitatibus per quemlibet camerarium qui pro tempore
fuerit dicti comunis solvendi medietatem de mense Maij, et aliam medietatem
de mense Novembris, et dicto modo solvantur omnes elemosine [illegible] preceptis
supplerii qui debent in suis festivitatibus, et si camerarius negligens fuerit
ad solutionem huiusmodi de suo proprio facere compellatur. Et potestas nec aliquis
inferior possit aliquem camerarium cogere aut sibi contradicere quod non solvat
quantitatem predictam, et si contrafecerit perdat de suo salario centum libras dena
riorum. Deturque dictis fratribus unus Advocatus et unus sindicus pro comuni ad
petendum omnia legata et relicta facta ipsi conventui quotiens, et quos guar
diani nominaverint, et nominandi in advocatum, et sindicum comissa eis cogantur
ipso ex ercere officium et sicut illis tetigerit libitum voluntatis, Conventuique sancti

conventui S.ti Fran.ci anno quolibet pro elem.na lb. 50 den:

Supplerii celebratis in festivitatibus

Advocatus et sindicus deputentur a comuni pro dictis fratribus

S.ti Johannis ₶ 40 den:
S.te m.e de plano ₶ 40 d.
S. Margherita ₶ 15
S. Clare ₶ 15
S.ti Barth. ₶ 15
cuilibet carceri soldi 20
Hosp. petri bonaventure ₶ 10
Cetie S.ti dominici fior. 2
S.ti Silvestri calcina p. dom.
S.te crucis de tripunti duo dupleri 25 ₶ et totidem aliis cere cum festivitatis
S.ti Hier.mi p. de m.tis cuch. ₶ 2 anno quolibet
Heremite castig.ni f. 2
Beati vgini celetie doplerius
cuilibet Cetie duplerium unum die festivitatis
ad honorandas festivitates et dictas Cetias dni Priores vicarius et Priores artium accedant cum cereis ...

Joanis de colle cornacchianis denar.ii libre quatraginta, Cetie S.te Marie de Plano pontis quatraginta libre, Monasterio S.te Margarite de paravento quindecim libre, Monasterio S.te Clare quindecim libre, Monast.o S.ti Jacobi seu S.ti Bartoli quindecim libre, cuilibet carceri viginti soldos, Hospitali petri bonaventure decem libre, Cetie S.ti Dominici de fris annatim duo floreni. Item Vestri Cetie S.ti Silvestri detur calcina p. dictum comune pro construenda domo iuxta ipsam cetiam, Item Cetie S.te Crucis de tripunti detur duo dupleris viginti quinque librarum cere cum papiris de bono bombicine, et simile fiat Cetie S.ti Joanis supradicti de mense Junij. Item Cetie S.ti Fran.ci de mense octobris, die qua ipsa festivitas celebratur. Item Cetie S.te Marie de plano pontis de mense Martij die qua solenitas ipsa virgine celebratur deputandi pro lumine corporis Xpi, Item ad honore et reverentia Beati Hieronimi fratribus morantibus in heremo ipsius sitom pede montis Cuchi annatim provideatur de duobus florenis. Fratribus in heremo Castiglioni de duobus florenis quolibet anno, ut ipsi fres ex debito teneantur et debeant orare, et intercedere pro communi, et spetialibus personis dicti terre, et fiat provisio predicta tempore supradicto quo alijs cetijs elemosine pecuniarie largiuntur, Item detur annatim ad reverentia Beati virginis in festo ipsius de mense Julij unum dopplerium valoris unius floreni Cetie predicte S.ti Joanis de colle Cornacchianis in qua est corpus eius, Et annatim in festo S.ti Angeli di mense Maij, in festo S.ti Petri de mense Junij detur unum doppleriu valoris unius floreni pro qualibet dictarum Cetiarum S.ti Angeli et S.ti Petri, in festo S.te Clare, S.te Margarite S.ti Jacobi in Kalendis Maij S.ti Facundini et S.te Lucie pro ipsarum qualibet fiat, et detur unum dopplerium de bonis et are dicti communis valoris et extimationis quinquaginta soldorum vel ultra, que omnia et singula camerarius dicti communis possit, teneatur et debeat adimplere sine aliqua alia dilatione, si autem ipsa aut ipsorum aliquod adimplere neglexerit de suo proprio facere et persolvere compellatur. et ad honorandum ipsas festivitates S.torum petri Angeli et Virginis debeat ... vicarius, et Priores populi sax. et Priores artium cum dopplerijs et

Pena non accedentium diebus festivis ad Eccl. — ad predictas alias festivitates accedere debeant predicti Priores populi
cum Vicario, eius sociis simili(ter) ad penam decem librarum pro quolibet ipsorum.

De modo Renouandi Statuta

Statuimus et ordinamus quod ad renouandum statuta communis dicte
Terre duodecim Statutarij eligant(ur) per dominos vicarium et Priores et quando
Duodecim homines electi ad renouan(dum) Statuta, sex de Terra et sex de comit(atu) — ipsis, et consilio videbit(ur) expedire et ipsi Statutarij unum notarium qui
ipsa statuta scribat, qui Statut(arij) sint sex de Terra, et sex de comitatu
et habeant pro eorum salario et expensis cum fieri contigerit renouatio
omnium dictorum statutorum quinque solidos pro quolibet quando vero
additiones fient solum habeant quinque solidos pro quolibet et non ultra
debeantque ipsi Statutarij statuta ipsa postquam fuerint electi infra unius
mensis spatium corrigere et dictus potestas fieri facere teneatur, et si quis
Pena manifestan(tis) Statuta ante approbata(m) — ex Statutarijs vel Notarius manifestaverit aliquod statutum antequam appro-
betur solvat communi pro banno decem libras, Ceptas infra quindecim
dies postquam omnia reassignata fuerint pro completis teneantur infra
totum consilium vel maiorem partem corrigi facere, et approbare,
statuta ipsa et statutum quodque duas partes statutariorum con-
firmatum fuerit valeat ac si ab omnibus statutarijs factum esset
et quod corrigitur illud valeat, et statuta que ipsi Statutarij
Statuta approbanda per consilium — fecerint seu correxerint ipsum consilium sicut premittitur debeat appro-
bari, et per dies octo ante congregationem fiendam de ipso consilio
ad ipsa statuta corrigenda publice baniatur.

Notarius qui scripserit statuta communis sed pro scriptura
Merces antiqua pro not(ario) scribente statuta ff 3. — omnium statutorum habeat et habere debeat in communi p(ro)
tres florenos denariorum, et tantas carthas pecudinas quantas
sufficienter requiruntur ipsorum statutorum scriptura, quod si totus
liber statutorum fortasse non renouaretur sed solum fierent additi-
ones pro scriptura ipsarum additionum habeat ipse Not(arius) a communi
illud quod deliberabitur per D(ominos) Vic(ariu)m et Priores, et carthas in
quantitate sufficienti, et non ultra qui Not(arius) non possit

nec debeat cogi ad restituendum dicta statuta nisi primo fuerit sibi de suo salario satisfactum, et debeat ipse Notarius statuta ipsa scribere de bona littera bene et legibili, et inter assides ligari facere et camerarius communis de omni pecunia communis que penes eum reperiet et possit teneatur et debeat dicto Notario seu bene statuta scribere salarium antedictum, et habeat inde Not.s ipse pro prima scriptura in cartis bombicinis quatuor libras denariorum

De Iuramento Vicarij saxi ferrati Rub.ca iiij

Forma iuramenti dni Vicarij saxi ferrati.

Vicarius terre sax.ti ante introitum sui officij iuret ad s.ta Dei Evangelia corporaliter manu tactis scripturis et iurando promictat camerario communis recipienti et stipulanti nomine s. s. R. E. et summi Pontificis et Ill.mi D. D. Aloysij et Apti de Aptis de sax.to et Illustrissimorum ac eius Vicarij dicte terre sax.ti omni exceptione dolo ac machinatione remotis esse fidelem, ac vere devotum s. R. E. et dicti summi Pontificis et prelibatorum dominorum et quod non promictet, nec operam dabit quod aliquis officialis s. R. E. damnificet in personam vel rebus imo eos defendet ac iuvabit iuxta posse et non permictet quod in d. terra vel districtu fiet aliquis tractatus seu conspiratio contra statum s. R. E. et maxime contra statum et dominium quod R. E. habet in d. terra, et contra statum pacificum quietum et tranquillum d. terre, et quos sciet talia comisisse vel comictere capietur quod posse et supradicto summo pontifici seu eius vicario vel Dno Rectori ducatus revelabit, ita quod ad alicuius ipsorum dominorum notitiam indubitate deveniat, et contra volentes contrarium opponere seu ire quod posse eius persone et rerum periculo non obstante de preceptis dominorum suorum, et iurisdictiones s. R. matris ecclesie et d. communis, et singularum personarum, ac locorum piorum, miserabilium personarum

31

I. i

conservabit manu tenebit iuxta posse, et non ea occupabit vel occupari permittet constitutiones S. R. M. E. atque decreta facta et facienda servabit, specialiter Constitutiones fel. record. Pp. Joannis XXII Benedicti XII. et Innocentii VI, Non permittet quod in dicta terra aliquis Imperator, Rex, Baro, vel Comes aut alius magnus Dominus et Nobilis et potens vir assumabit in Vicarium, Potestatem, Capitaneum Barrucellum vel ad quodvis aliud officium absque expressa licentia dicti Summi Pontificis vel eius vicarii vel alterius officialis R. E. eligendi potestatem habentis, Statuta Ordinamenta quae Statutis approbatis non contradicat reformationes et Decreta dicti Communis facta et facienda servabit et servari faciet. et praecipue illa quae cognita et inspecta atque approbata fuerint per officiales S.ae R. E. in forma constitutionis praedictae S.ae R. E. faciet et fieri faciet iustitiam omnibus et singulis coram eo venientibus et postulantibus, et specialiter Viduis pupillis, orphanis, et aliis miserabilibus personis, et ecclesiasticis quibus faciet ius et fieri faciet ius magis humani usque et expediti in forma iuris, et Statutorum communis praedicti, Non permittet quod aliis bannitis, condemnatis seu rebellis S. R. E. moretur in dicta Terra vel eius districtu immo eos capiet, et capi faciet ac fugabit iuxta posse, Committentes mallificia, et delicta in dicta terra, eiusque comitatu et districtu puniet, et condemnabit iuxta formam Statutorum et ordinamentorum dictae terrae et ubi Statuta de maleficio de quo contra aliquem procederet non similitatem loqueretur procedat de similibus ad similia, et ubi simile non reperiretur, in dispositionem iuris communis, et si ius commune de tali maleficio non loqueretur, in bonas antiquas et approbatas consuetudines, sigillo communis retinet. et conservabit, illud more solito et consueto credentia quae sibi imponet. quae erunt perpetuo tenendae perpetuo, et quae ad tempus sub sigillo credentiae retinebit, et nemini revelabit in praeiudicium S.ae R. E. dominorumque vel dicti Communis sine expressa licentia a potestate habente concedenda stabit in dicta

Terra cum suis officialibus, equis et familia deputatis toto tempore sue electionis durante, et ab ipsa Terra vel suburbijs se non absentabit sine licentia ptem habentis sibi super concedenda,

non potest comedere nec bibere cum aliquo terrigena nec comitat:

Non comedet, neque bibet cum aliquo terrigena vel comitatino Stabit contentus suo deputato salario, et nihil aliud petet et recipiet per se vel aliam interpositam personam non recipiet aliquod ensenium ab aliqua speciali persona Terre et comitatus predictorum.

Dies sindicatus sunt octo scilicet quod dantur petitiones et totidem ad prosequendum et hoc de consuetudine et et ex forma capitulorum ipsius prius asgumedo eorumque notantur in constit. 2a. lib. 6. cte. 38.

Deposito autem suo officio stabit in dicta Terra cum suis officialibus et familia ad sindicatum coram sindicatoribus deputatis vel ad reddendum rationem administrationis sui officij, et in forma constitutionis, Non permictet quod pecunia dicti Comunis expendatur in vanum vel contra formam ordinamentorum dicti comunis et omnia alia faciet, et fieri faciet, et observabit que ad suum officium pertinere noscuntur ex forma iuris statutorum, ordinamentorum dicti Comunis bona fide legaliter, et sine fraude et simile iuramentum teneantur prestare officiales et familiares dicti domini Vicarij in quod requirunt circa officium ad quod fuerint deputati

De iuramentis Iudicis D R.ca V.

iur.m iudicis

Iuret quilibet Iudex modo predicto omnia singula supradicta servare, et advocationes omnes in causis Comunis prestare nisi hijs in quibus esset Iudex et toto tempore sui officij sine pretio aliquo fideliter exercere.

iur.m notarij

Similis et Notarij etiam iurent omnia et singula supradicta, et eorum officium legaliter facere, et contra...

4v

comunis de quibus rogati fuerint Camerario comunis seu alteri pro comune
eligendo ad curam comunis conservanda in forma publicam sine
aliquo pretio restituere. Scripturas omnes ad ipsorum officium
spectantes et brasalium castellano consignas sine aliquo pretio
facere et sub dicto operarum pena xxv librarum denariorum

De Consilio auctoritatis Terre Saxi.

R. vij

Consilium maius debet esse n.o 60, che dentro vi sono 24 computatis dd. prioribus. v. l. in reform.

Consilium authoritatis comunis et populi Terre Saxi sit numero
quinquaginta hominum quorum medietas sit de Terra Saxi
et reliqui de comitatu et sint in et de consilio predicto omnes et
singuli qui nominabuntur in reformatione fienda in dicta Terra
Saxi per reformatores deputatos per S. R. E. vel eius Vicarios
quod Consilium habeat eamdem authoritatem ad omnia que habet
toti comune, et Universitas dicte Terre

de mense maij proponeris de custodia Terre, et reparatione murorum et castrorum

De Mense Maij Dominus Vicarius et Priores teneantur et debeant cum duodecim
bonis hominibus per ipsos eligendos de Terra et comitatu Communiter et in
simul convenire, qui omnes Regimen dicte Terre faciant congregare et ipsis
congregatis inter ipsos proponat dictum Regimen quod sit faciendum de custo-
dia dicte Terre, et districtus, et castrorum aptatione et reparatione et quod
per ipsos factum stantiatum, et reformatum fuerit super aptatione reformatione
et custodia ipsorum id fiat pro eo modo per homines dicte Saxi et eius districtus et
valeat, et teneat, et non possit aliquam castrum vel villam sive exequtioni
mandetur ad hoc ut aptatio, et custodia ipsa fiat per homines de Saxo et
eius districtu. Vicarius autem teneatur quod predicta existent ordinata
observari facere sine ullo iuramento, et castellanum ubi custodes stare debent
de nocte in muris communis tamen siquando, et quotiens videbitur expedire
domino Vicario Prioribus et Consilio, et ad videndum ubi dicti muri repari et reparari
debeant, et casdem fieri, quatuor boni homines una cum Vicario esse debeant
et quicquid per ipsos stantiatum fuerit effectui mandetur, et predicta omnia et singula

in quolibet puncto et capitulo predictorum Vicarius teneatur et debeat effectui mandare ad penam superius nominatam, pro quibus operibus faciendis et construendis quolibet anno fieri debeat unum calcinarium pro comuni et calcina in dictis operibus, et non alibi expendatur. Nullus insuper faciat neque apponat seu apponi faciat aliquam turpitudinem in aliquam castellarum predictarum factarum seu in posterum faciendarum. Qui vero contrafecerit solvat comuni pro banno vice qualibet quatraginta solidos denariorum, et Regimen super predictis perquisitione procedere teneatur ad petitione cuiuslibet postulantis et etiam ex ipsius officio, qui si hoc non fecerit perdat de suo salario decem libras denariorum. Preterea qui accusaverit, seu denuntiaverit aliquem in predictis contrafacientem seu contrafaciontes, quos liceat cuilibet accusari habeat medietatem banni; et predicta fiant cum presentia consensu dicti domini Vicarii et ad predicta fieri faciendis Vicarius et Priores eligant duos bonos homines de Terra, et duos de villis qui sint super operibus predictis.

anno qualibet calcinarium pro comuni.

De Custoribus et Scindicis collectarum et modo exequendi. Rubrica viiij

In castro, et Burgis Terre Saxiferrati et in qualibet contrada videlicet castro veteri, Burgo Sancti Francisci et burgo inferiori, eligantur per dominum Vicarium et Priores, et sapientes eligendos per eos duo custores pro qualibet ipsarum contradarum, et habeat quilibet custor denarios octo pro suo salario pro quolibet fumante sue contrade prime collecte; In districtu vero modo predicto scindici eligantur. Unus in qualibet parochia vel unus vel duo, sic existit contructum aliquibus parochiis parvis addendis aliis maioribus vel ipsis simul constringendis sub uno scindico ut prefatis domino Vicario et Prioribus ac sapientibus videbitur convenire. Habituri etiam dicti scindici pro suo salario pro quolibet fumante a fumante suis scindicatus octo denarios, nec habere debeat collectores

Terra Saxiferrati divisa in tres contradas.

Modus antiquus exigendi collectas.

de castro et burgis, nec alicuius offi. persone excusentur nisi forte nominatus et electus esset de numero dominorum Priorum vel cancell. vel Proc. vel de numero consiliorum, qui collectores et sind. debeant collecta solutam exigere propositam, Vicariusque officiales, et familia quos sine aliquo salario teneant et debeant in exigendo dictas collectas prestare ubi necesse fuerit exactoribus ipsis auxilium, consilium et favorem et idem teneantur facere baiuli ad requisitionem dictorum exactorum seu eorum alicuius, nullo modo ab aliquo exactore salario prestito, recepto, sed ab eo, et ab eis qui collectas ipsas sine gravatione quas baiuli non solverint, et qui fuerit cultor in terra anno uno non possit esse usque ad decem annos, et qui fuerit sindicus in villis uno anno non possit esse usque quo reperiatur aliquis in eius sindicatu habilis ita quod omnes habiles tangat antequam ille qui iam fuerit aggravetur. prefatique cultores et sind. non cogantur ullo modo ad solvendum collectas pro illis personis quarum collectae haberi non possunt, facta ipsis diligentia sollicita de predictis ita quod non possit decipi, et debeant esse ipsi sind. boni et idonei, et quilibet satisdet collectas exigere et ipsas camerario comunis restituere, Item diximus insuper quod nulla collecta nisi excedente necessitate possit imponi in comuni predicto, nisi collecta primo imposita fuerit exacta, et omnes insuper illos qui non solverint infra terminum teneatur Vicarius vinculo iuramenti pena quinquaginta librarum sui salarii in forma ... in statuto contentis legi facere in consilio, et repertos ad solvendum sufficientes cogi facere ad solvendum collectam predictam

Offic. et baiuli teneantur gratis exactoribus collectarum inservire

Qui fuerit cultor uno anno non possit esse spatio decem annorum, et similiter de sindicis villarum,

De quinquaginta familiis cogendis ad faciendum domos in castro Sarcisserrati R.ca x.

Vicarius terre Sar. et eius officiales terre teneantur et debeant vinculo iuramenti sub amissione centum librarum de suo salario,

primis octo diebus sui regiminis inquirere et diligenter inveni-
re et scribi facere omnes non habentes domos in terra et ex
eis quinquaginta familias magis sufficientes cogat ad faciendum
et habendum domos in castro et burgis eius qui casalenum non
habent pro domo facienda per quatuor bonos eligendos per predictos
loca et casalena ipsa assignent et designent et ad predicta fieri
facienda vicarius et eius curia habeat liberum et generale arbitrium
inquirendi, procedendi, capiendi, cogendi, penas et banna im-
ponendi, condenandi, et exigendi [illegible] itaque dicte
quinquaginta familie, ut dictum est faciant et habeant
domos in terra seu burgis Sarz. infra terminum eis per vicarium
assignandum calcinam habeant predicti a communi dicte terre
pro dicta domo, quam declaraverint predicti quatuor eligendi
non excedendo quantitatem viginti quinque brachialium calcine
pro qualibet domo sub dicta pena. Et inobedientes inuncti
quinque libris pene nomine condenentur. et nihilominus solvant et solvere
cogantur tertium plus collectarum imponendarum communi predicto
donec domum fecerit, ut supra dictum est, vicarius vero et sui
officiales si predicta neglexerint adimplere per sindicos communis
in centum libris pene condennentur et presens statutum sit precisum
quod non possit tolli, nec cassari, nec in aliquo mutari,

Modus cogendi ad edificandum domos in castro et burgis,

Quod quilibet caſtellanus ſit in libra comunis et ſoluat collectas

Quilibet castellanus terre et districtus Sarz. et etiam quilibet
habitator ipsius per spatium decem annorum [illegible] et sit in libra
communis, Et omnes habentes possessiones in districtu dicte terre

Quilibet habitator per spatium decem annorum describatur in libra communis,

pro ipsis collectas impositas, et imponendas in communi predicto solvere teneantur et debeant, ac alias factiones et obsequia communis ipsi communi facere et prestare secundum extimationem factam de possessionibus ipsorum super qua extimatione cuilibet castellano et habitatori per spatium decem annorum pro fumantia addatur centum solidi, et pro ipsa fumantia singuli alii castellani et persone alie quecumque habitantes in dicta terra aut eius districtu collectas communi predicto teneantur solvere secundum extimationem possessionis alicuius, non scribatur libra nupta sed ubi esset decem solidi pro libra integra conscribatur. predicta obsequia, ut predictum est quilibet facere et prestare teneatur et debeat communi predicto, non obstantibus aliquibus privilegiis permissionibus et exemptionibus factis eidem seu antecessoribus eius per dictum commune cuiuscumque tenoris et forme existant, que auctoritate presentis statuti precassis et irritis habeantur. qui vero dictas collectas non solverit in termino assignato petitione dictarum collectarum quartam partem . . plus collecte impositi qua solvere tenebatur in ipso termino solvere teneantur ac si quarta pars predicta fuisset imposita in collecta predicta. Laboratores autem qui laboraverint terras que hactenus consueverunt esse in appatum communis teneatur pro ipsis possessionibus communi predicto collectas persolvere, pena decem librarum pro quolibet et quilibet possit eos denunciare, et accusare et habeat medietatem banni. Preterea nullus debeat aliquam possessionem laborare ex qua non solvatur collecta in dicto communi sub pena decem librarum, dummodo hoc non se extendat ad bona ecclesie. Qui vero laboraverit possessiones non solventium collectas teneatur et debeat collectas ipsas de suo proprio solvere, et ipsis laboratoribus liceat auctoritate presentis statuti fructus ipsarum possessionum retinere donec eis fuerit de collectis quas solverunt pro eis damnis et interesse satisfactum. Et ad predictas collectas exigendas ex collectoris

habitator per spatium decem annorum teneatur ad fumantias

non scribatur libra nupta sed plana;

exemptiones facte a communi sunt nulle et irrite et ex bulla boni regiminis Clementis VIII annullantur.

De quarta parte plus solvenda a non solventibus tempore collectas videlicet 4 2a 83. et ibi

laborator tenetur solvere collectas possessionum quotiens domini non solverent

ipsaz exigendas et reinveniendas predictas comuni etiam quantitates
debitas dicto comuni causa cancellationis et occatione cuiuscumque
condenationis et ceterisque exacta non esset duo notarij eligantur
de terra predicta per dominos Vicarios et Priores presidentes, qui
Notarij habeant pro salario suo duos solidos pro qualibet libra
quam exigerint de predictis, Et quia a pluribus est querela quod

cond.nes lat. de anno 1065

condenationes latem comuni in millesimo sexagesimo quinto
et sexagesimo sexto per nullos officiales dicte terre aliquo
pertinacia abeentium a dicta terra aliqua omnino sunt te
ordinam. quod dicte condenationes revideantur per dominum Vicarium
et Priores et consilium dicte terre et quod per duas partes dicti
consilij deliberatum est super exequtione de dictis conde-
nationibus fienda debeat per officialis dicti comunis exe-
quutioni mandari, quibus dominus Vicarius et sui officiales teneantur
et debeant vinculo iuramenti et sub amissione centum librarum de suo
salario dare auxilium, consilium et favorem pro exequtione predictorum et pro
ipsorum offitio exercendo et ad ipsorum officialium petitionem et requisitionem
dare eis familiam et baiulos qui baiuli teneantur et debeant
ipsis officialibus et exequtoribus obedire quotiens fuerit Vicarius
compunxat et ordinet ad utilitatem ipsorum exequtorum et si predicti
officiales fuerint negligentes solvant comuni nomine pene libras
et in consilio rationem eorum officij reddere teneantur. Et predicta
locum habeat a die publicationis presentium in antea.

XII

Non possit arrengari nisi super proposita

Nemo in concione vel consilio consulat vel aspondeat nisi super
eo quod propositum fuerit si quis contra fecerit solvat comuni banno
centum solidos et quod propositum fuerit aut deliberatum ante se-

non possit arrengari nisi super proposita, vide sup. po. decretum Regiminum

[margin:] Si aliter fuerit reformatum contra ipsis propositis non valeat

[margin:] Modus tenendi ad partitum consultationum et reformationum

[margin:] Primo mense teneantur [illegible] proponere consilium publice utilitatis

parationem consilij legatur. Vicarius autem vel eius iudex semper
dicat super quod propositum fuerit in consilio vel concione et
volentes arrengare audiat. Si autem aliter quam super propositis
reformationem fecerint non valeat ullo modo. Nullusque audeat
vel presumat aut attentet personam aliquam ad aliquod offi=
cium in consilio vel arrengo vel congregatione modo aliquo
nominare nisi cum licentia domini Vicarij et Priorum, qui contra
contrafecerint soluat communi pro banno centum solidos et eius nomi=
natus vel electus non teneat ullo modo. Non debeat autem
Vicarius seu eius officiales addere consultationibus vel aliquid
minuere nisi quod consultum fuerit reformare. Vicarius super
propositis que debent articula in se continere per se quodlibet
partitum mittere debeat ad sedendum vel ad bussulas et
pallottas si esset expensa comunis, ita quod non implicet in aliquo
partito nisi solum unum articulum tantum unam propositam
Unicuique vero dictis Prioribus, et cuilibet de consilio liceat con=
sulere dicere narrare et recordare quicquid eis pro utilitate comunis
videbitur, non obstante aliqua particula alicuius Statuti ac
etiam capituli supradicti, Et Vicarius teneatur et debeat si sibi
et Prioribus videbitur utili pro comuni describendo ad sedendum
partitum mittere super eo quod consultum vel recordatum fuerit ad effectum
deducere et quilibet possit in quolibet consilio vel arrengo
super omnibus eo quod propositum fuerit ad effectum deducendum coram
Vicarium sive iudicem et officiales de utilitate comunis dicere, et
recordari, et consulere sine aliqua pena, et banno capto aliquo
non obstante, Et quilibet Vicarius qui pro tempore fuerit pro
primo mense sui Regiminis teneatur et debeat proponere in consilio
quanto de publica utilitate comunis [illegible]. super qua possit quilibet
[illegible] consulere et arrengare, et quod deliberatum fuerit in predictis

per duas partes assistentium ad bussulos et palloctas debeat exequi mandari, et ultra numerum consiliariorum, Idem domini Vicarius et domini Priores possint aggregare in dicto consilio usque ad quinquaginta bonos homines in quolibet terra de terra et conficiendum de Comitatu, ut eis melius pro communi utilitate providere et dictis domino Vicario et Priori bene videbitur expedire illi tamen superaddita non habeant vocem sed solum consulant in consilio;

eligendi 50 homines

XIII

à decem libris supra expensis que erant facere

Ad hoc ut pecunia, et bona communis male non expendantur, statuimus et ordinamus quod a decem libris supra alique expensae non possint, nec obligatio vel cautio pro consilio, nec aliqua aliam adunantia, nisi de ipsis expensis obligationibus et cautione facienda primo deliberetur per dominum Vicarium et Priores, et duodecim homines eligendos pro communitate de terra Comitatus qui sint sic electi ad videndum et deliberandum de supradictis expensis cautione, et obligatione faciendis et predicta deliberatio fiat ad bussulas et palloctas et quod per duas partes ipsarum obtentum fuerit habeat firmitatem et deveniat ad consilium, et non ad aliquam aliam adunantiam expensa vero que fieret et obligatio, a decem libris supra non facta deliberatione per dictos dominos Vicarium et Priores et homines supradictos ipsa expensa obligatio et cautio et quod factum fuerit contra formam huius capituli non teneat, et nulla et nullum sit ipso iure, Dicimus etiam quod denarii ad usuram non debeant nec possint accipi, et si quis consuleret vel arrengaret in consilio quod pecunia tollatur ad usuram eius dictum non valeat, Item dicimus quod unus liber, esse et debeat apud dominos Priores in quo scribatur introitus et expense communis et etiam scribantur condemnationes que sunt in communi, et deponatur et servetur in armario communis fiendo, et Notarius Vicarii teneatur

Denarii ad usura non recipiebantur.

Liber in quo scribantur introitus et expensae Communis et condemnationes et de servanda

8v

ligant. in consilio — omnes cond. sue temp. faciendas exemplare et statuti ipsius libri in consilio exemplum dare illi provisori qui deputatus

quis tenere debeat libros et iura communis — fuerit ad servandum et tenendum iura dicti communis et libros et claves ipsius armarij scondi, et Notarius camerarij omnes introitus et expensas dicti communis in uno libro transcribat et exibere dno provisori, Vicarius vel eius iudex adminus duram. teneat partitum inter consiliarios per ipsos consiliarijs et quilibet ordo mictat manu et clausas in bussulis ut predictum est et si quis contra fecerit statim Vic. vel eius iudex de facto sibi auferat quinque soldos den. et quilibet possit contrafacientem accusare, et credat sacramento ipsius

Partita ad bussulos et pallottas — et habeat medietatem banni Preterea omnia et singula partita in quibuscumque consilijs, et super quacumque materia que expensa requireret micti debeat partitum ad bussulas et pallottas exceptis partitis ex quibus expense non redundarent in ipso communi quo casu possit micti levando vel ad bussulas et pallottas prout placuerit dno Vic. parte insuper de aliquibus expensis tractantibus semper duas partes debeant obtineri de consiliariorum qui presentes fuerint, sine due partes totius consilij, et ita quod per totum dni Vic. per sex annis ad pallottas in omnibus computetur, quod si contra refrenaret non valeat

Arrengantes discordantes eorum dicta divisim ad partitum ponantur. — neque teneat ullo modo, Item volumus quod si arrengantes essent in discordia dicteri simul ad partitum mitti non debeant sed divisim et cuiuslibet discordantis per se primo partitum si non obtineret de primo prout dnis Vicario, et Prioribus placuerit et videbitur utilius communi

XIV

Notarii ad bancum civilium n.° 15 eligantur in consilio — Quindecim Notarij qui sint ad banchum civilium iudicum ad scribendum acta singula occurrentia in consilio eligantur modo et ordine infrascriptis

Modus imbussolandi notarios

Ut per quatuor bonos et legales homines de dicta Terra duos de castro et
duos de villis fieri debeat solemnis et diligens inquisitio et
examinatio singulorum notariorum de terra et eius districtu ex
quibus omnibus fieri, et confici faciat duas scripturas divisim
per se unam expertorum, et alia non expertorum et fiant scripture
ipse in fine libri statutorum dicti communis et tempore electionis
ipsorum notariorum fiant brevia quorum duo esse debeant de notariis expertis
et alius tertius de non expertis, et declaret semper in duobus
brevibus elector notarius non expertus, et consiliarius cui breve
obvenerit quod in ipso breve declaratum fuerit eligere teneatur
et debeat quem voluerit ex notariis contentis in ipsis
scriptis, ita quod dicti banchi super civilibus semper
sint duo notarii experti, et tertius non expertus et fiat
ipsa electio pro toto anno, dummodo quilibet tribus mensibus stent
ad ipsum banchum modo et ordine supradictis, tres notarii et non
plures habituri pro eorum salario totum lucrum penneque fecerint
in scripturis dum in officio erunt, Nullus et notarius stet ad
banchum cum eliguntur officiales, neque pro totum illud tempus

Ad banchum civile semper duo notarii assistant pro tribus mensibus quod hodie est reformatum [illegible] Iunii anni 159[illegible]

Electio officialium quomodo fiebat

Volumus insuper quod quando fit electio officialium seu banchi omnia
nomina consiliariorum in cedulis scribantur quilibet consiliarius in
una cedula et in uno breve et ponatur omnes ille cedule in
uno capello, et inde singulo quemadmodum alia brevia officiorum
extrahuntur. Et sic fiat donec electio celebrata fuerit et
si non fuerit presens consiliarius qui fuerit extractus et invenerit
et habuerit aliquod breve sibi reservetur, ut electionem facere
possit de ipso officio ipsa die vel sequenti possitque ipsam
electionem facere per quem fuerit absens pater filius vel

fr simul habitantes in terr° supradic. quod si vero infra d.ᵐ terminum
ipsa vero fiat electio remicti debeat ad consilium supradictum
consiliariumque qui fuerit prius et bulletum sive breve alicuius
officij fuerint adeoque recedat elegere penitus compellatur
et aliquis esse non possit ad d.ᵐ officium q. semel et alias nisi semel
in anno, et si fuerint quod quod facerent sit nullius efficacie vel
valoris. Item dicimus quod finito officio Notarij de bancha
et absentis iudicii actis originalibus exercicii eius exinde
procedatur in ipsis causis prout procedi debet, successive
acta ipsa fidem faciat, ac si in forma fuerit facta esset
Atque successive per subsequentes notarios anteribant
ad hoc ne retardetur processus ex eo quod aliqua pars
dicat ipsa acta vel aliquod eorum in publicam formam non esse
seu ctiam non habere, Notarijque sic ad bancum deputati ad
petitione cuiuslibet postulantis infra quintam diem acta
singula eidem petenti in forma publicam debeat tradere
recepta tamen competenti mercede sub pena decem librarum ad
premissa posse compellatur quibus actis et actitatis plenaria fides detur. Et si tales aliqui non appareat tempore
possint tamen dicti Notarij loco sui substituere alios sufficientes
et idoneos etc., et prout videbitur Dominis Vicario et Prioribus dicte
terre

XV — de sindico eligendo

Tempore quo eliguntur alij officiales unus bonus sindicus ad brevia
eligatur qui fiat sindicus ad defendendum terram dicti Comunis in terra
ipsius comunis et super terminationibus que fiunt et Intervolentes
edificare de novo in plateas vias et loca publica ipsius comunis
et etiam qui in . . . hominum de terra et districtu sarent.

uiret in principio regiminis vicarij ad honore et statu S. R. E. et
communis sarz. segmenta vicarij seu Rectoris et si aliquis no-
luerit aliquid contra dictum comune petere in curia predicta
teneatur et debeat primo citari facere sindicum supradictum
aliogn quod fieret non ualeat nec teneat ullo modo.

de pena sindic.

Si uero d. sind. fraudem uel negligentiam commisserit in
suo officio puniatur in decem libris prouinc. qualibet teneatur
insuper prefatus sind. d. officij terminos ponere et dirigere cum
quibuslibet personis uolentibus edificare seu edificari
facere in terra sarz. in plateas et uias publicas dicti
communis ad petitionem ipsarum personarum sine aliquo salario
uel aliqua alia re, quod et quam si peteret accipere non
ualeat ullo modo, Vicarius qui pro tempore fuerit et eius
officiales teneantur et debeant ipsum sind. predicto cogere ad
predicta qui si prefatus sind. contrafecerit in aliquo predictorum
soluat communi pro anno xxv lib. den. ad quod per regimen
compellatur, omnis etiam cautio et promissio que foret facta
appareret per aliquam personam ipsi sindico uel alteri persone
occasione edificationis facte seu fiende in plateas
uel publicas dicti communis uel occasione dicti sui officij
auctoritate presentis statuti sit cassa irrita et nullius efficacie
uel momenti, liceatque etiam cuilibet persone in muris ipsorum anti-
quis edificari prout eis placuerit sine aliqua alia terminatione, et sind.

de terminationibus in preiudicium comunis nullis

requisitione, Item quod si aliqua terminatio facta reperiretur in preiudicium
communis cum sindico dicti communis ipsa terminatio sit cassa et nullius
ualoris, et alicui ex ea nullum ius acquiratur sed in pristinum reducatur
et potestas teneatur de predictis per inquisitionem procedere et hoc

statuti locum habeat solum in castris et burgis et officium dicti sindici duret per unum annum tantum, et qui fuerint uno anno non possit esse usque ad quinque annos, et sit in vinculis a custodia tempore sui officij

XVI

De iuribus magistratus et obligationibus et locis recuperandis et manu tenendis,

Regimen comunis saxi teneatur et debeat in vinculo iuramenti pro posse recuperare manu tenere iura et iurisditiones comunis et bona et specialiter catalena et torrenti vie nove intus muri comunis et iura et iurisditiones que ipsum comune habet, et fuisse et habere dicitur in hospitale civitatis Roselle, in cetera bona dicti hospitalis eiusdem, et omnes et singulas silvas, montaneas terras pascuales tinas inculta, vendita, atque data sindicis universitati eiusdem et omnes et singulas montaneas pascua et terras cultas et incultas de Metula et eius curte aeque bagne silva de valle columnana que est prope castrum montis lacus, et omnes montaneas pascua et possessiones habitas et contenutas per fines territorij saxi et eius villagij ubicumque sint posite, infra quecumque latera, et olim sindicatus dicti comunis conventa, ac etiam omnia et singula publicas vias seu possessiones quascumque comunis posite in libro et instrumentis ipsius continet, et si fuerint in predictis, vel in aliquo predictorum negligens vel remissus perdat de suo salario centum libras et applicatur comuni, et teneatur vicarius ad petitionem cuiuslibet postulantis ipsas silvas et montaneas et pascua, prata, vias, et terras et publica comunis ubicumque sint posita infra primos duos menses sui regiminis ubi in libris, seu actis, et instrumentis loci seu ipsorum altero vel etiam si per testes idoneos fuerint fides facte bonis terminis lapidibus muratis ad arenam et calcinam, a terris et rebus specialium personarum facere terminari ubicumque conveniens erit ad que quidem facienda eligantur per dominos vicarius et priores duo boni homines tempore quo eliguntur alij officiales qui debeant

superesse dictae terminationi et clamare de hominibus
propinquioribus ad inveniendum veritatem de predictis et possit
dictos homines ad iurandum, et conducendum eo ad loca predicta
et ad petitionem ipsorum dominorum debeat veritatem dicere super predictis
Vicarius et quilibet alius officialis communis coram quo petitum
fuerit, teneatur et debeat commune predictum in vacuam possessionem
et expeditam ipsarum rerum reducere ac reduci facere et habeat ipse
Vicarius et officialis in predictis, et circa predicta inquirendi
et procedendi plenum liberum et generale arbitrium contradictores
et impeditores puniendi et condenandi omni iuris et sollem-
nitate obmissa, et omni exceptione remota cosrealiter
et personaliter agendi, et si dicti officiales seu ipsorum alter fuerit
negligentes in premissis effectui demandandis in quin-
quaginta libris denariorum pro quolibet puniatur. statuto
aliquo in precedenti vel subsequenti in aliquo non obstante
Qui vero dictis duobus ad predicta eligendis non obedierint conde-
mnetur, et condemnari possit pro qualibet inobedientia
XX solidorum pro quolibet eorum et duorum relationi cum
sacramento stetur de predictis. Et predicta locum habere
volumus ad dictum correctionis presentis statuti; Inantea et
de ipso peti non possit absolutio nec termini irrogatio
neque dari. Insuper teneatur vicarius vinculo iuramenti et sub
amissione centum librarum de suo salario primo mense regiminis
in publico consilio proponere de modo et forma declarationis
publicorum communis et quomodo et quanto de ipsis proprium commune
aliquam utilitatem habeat, et quod per ipsum consilium vel maiorem
partem ipsius obtentum fuerit Vicarius teneatur effectui demandare.
Et omnia et singula iura et instrumenta et scripturas continentes.

11v

de scripturis comunis reponen. in armario — ad dictu comune et pro eius utilitate reponatur in quodam armario ipsius comunis penes eum qui ad hec deputabitur de quibus omnibus statim fieri debeat inventarium sub pena xxv librarum denariorum.

Que omnia statuta loquentia de Ptte habeant locum in Vicario R. ii

de Potestate — Quoniam retroactis temporibus Rector terre sax. dictus et nominatus fuit ptas nunc vero Vicarius appellatur et quoniam aliquibus statutis nominatur et scribitur. Ideo ne inculcatio et diversitas nominis generare posset errorem statuimus quod omnia et singula statuta, et ordinamenta comunis predicti loquentia de Potestate intelligantur et locum habeant in vicario dicte terre ac si de vicario expressa faceret mentionem omni differentia nominis sublata penitus in predictis tali nomine differentibus et etiam, e contra intelligatur. Si nomen Vicarij ullo tempore ad potestatem reverteretur.

Quod vicarius arma comunis reinueniri faciat R. xiiij

bona comunis reinueniri et reinventariari faciat d. com. — Vicarius terre saxi. primo mense sui Regiminis omnia iura, supellectilia, res et arma que debuerint esse in comuni debeat facere reinvenire, et de ijs inventarium fieri omni modo et forma quibus et melius videbitur comuni et si fuerit negligens in predictis solvat comuni de suo salario xxv libras,

XIX — De venditionibus et alienationibus factis de bonis alicuius exbanniti, R.

Alienationes et venditiones que facte fuerint a Regimine

comunis sax. de voluntate, et licentia consilij di bonis et rebus alicuius vel aliquor. exbanitor. seo is predicti occasione cond.nis sive bani vel quacumq. occe.ne perpetuã obtineat firmitatem et nullat. cedat. et Dnus Vicarius illam faciat perpetuo ob-servari, que quidem locum habere volumus tam in presentibus q. in futuris, et dnus Vicarius et Priores poss.nes de mallo et quesiti mallis vel procollectis non solutis coi applicatas ipso comuni vendere teneat infra quatuor primos menses sui regiminis, et quas applicat. tempore sui officij vendi facere infra ultimum mensem a die applicationis pred. et pred.a procuret Vicarius fieri facere et ctiã camerarius cois sit solicitus et attentus. Item dicimus q. venditiones predicte fieri debeant in consilio ... deliberat. primo per duas par. ts consiliarior. q. dicta venditio fiat q. si vendi non possent debeatur illis personis quas declarabunt dnus vicarius priores et sapientes et labora: torisipar. cogatur ipsas laborare pro comuni.

De renouatione appassus, et appassatores forensis fienda R. xxx.

Appassus comunis renovetur per quatuor appassatores forens et quatuor bonos et legales hoies de sax. cognoscentes de mensurat.ne et ad scribendum poss.nes per eosdem appassatas sint quatuor notarij de terra pred.a boni et legales qui omnes vadant et appassent omes et singulas poss.nes totius districtus sax.ti diligenter divisim quamlibet parrochia per se et ad assignandum dictas possessiones vadant semper cum eis omes homines de villis et parochias in qua incipiat mensurare donec finiat incepta et sic procedat in singulis parochijs, et ipsa parrochia compleata predicti Notarij in presentia omnium de dicta parochia legatur fuctra omnia in eadem, et in fine ipsius parochie scribantur p. dictos Notarios eme possessiones quas aliquis celeria habet in eam mensuratas ut illas castellanor. mensuratio omnium

in prima dictarum possessionum fiat per dictos appassatores forenses in presentia
dictorum boni homines de castro et de terra vicariorum et dominorum
dicti parrochie, ad hoc ut nulla fraus committi possit, qui notarij
antequam vadant seu incipiant ad mensurandum debeant in qua-
terno carte bombicine scribere seu portare omnia nomina terre
et burgorum per se et cuiuslibet parrochie [illegible]
[illegible] bono et sufficienti spatio ita quod mensuram possessionum
in uno loco cuilibet scribi possit ita quod nullus error postea
possit oriri; et his quidem peractis predicti notarij debeant antequam
incipiant scribere librum conficiendum in cartis precedentis de
dicto appassamento legere cuilibet de terra et burgis suum appassamentum
diligenter, et si aliquis error esset vel aliquid remansisset facere
prius corrigat et fiat antequam incipiant ipsum librum quem librum
postea dicti notarij scribere teneantur diligenter et [illegible] ut
supra dictum est cum bonis et sufficientibus spatijs cuilibet relin-
quendis, ita quod quando fuerint necesse possint ibi scribi res
vendite et alienate et exinde fiat liber libre, ita quod illi de castro
veteri et burgis scribantur divisi et per se et illi cuiuslibet parrochie
per se, qui appassatores primi boni homines et notarij de terra
eligantur, eligantur per dominos vicarium et Priores et duodecim bonos homines
de terra et districtu et quod factum fuerit per ipsos dominum vicarium et priores
et duodecim vel maiorem partem ipsorum in predictis et in ordinatione
fienda super salario dictorum appassatorum forensium bonorum hominum et notariorum
de terra valeat et teneat et exequutioni et executioni demandetur
sicut ordinatum est, et declaratum esset per comune et consilium dicti comu-
nis statuto aliquo non obstante, et postquam dictus appassus completus fuerit nulla
additio seu diminutio fiat in libro appassus deinde ad x annos proxime sub-
sequentes, sed fiat in libro libre in spatijs ibi relictis ita quod non radatur aliquo
modo que additiones et diminutiones fiant per unum notarium de terra eligendum per
dominos Vicarium et Priores, et duodecim supradictos quolibet anno cum salario ordinando per
eos vel maiorem partem ipsorum que omnia et supradicta dominus Vicarius et eius officiales
teneatur et debeat effectui demandare in pena [illegible] et admissione
centum librarum de suo salario. Appassatores vero et notarij prefati

ab aliquo castellano, nisi iusto pretio emerint, non recipiant aliq(ui)s et predi(cti) appassatores et notarij vel alteri ipsorum in predictis vel in aliquo pred(ictorum) fraudem comisserit pro fraude qualibet in XXV libris comuni pene noi(mi)ne condemnet(ur), et decreto in comuni predicto officium aliq(uo)d habere non debeat ullo modo volumus preterea q(uod) additiones et diminutiones predicte fieri non possint de appassu seu libro libre modo aliquo usq(ue) ad tempus renovationis ipsius appassus postq(uam) fuerint in cartis pecudinis scriptes, Emptores vero ip(s)arum possessionum, aut alio titulo recipientes ad petitionem venditoris seu alio titulo concedentium realiter et personaliter in solidum constringantur eisdem ipsis possessionibus collectas solvere impositas, et imponendas in comuni predicto omni iuris solemnitate obmissa,

De estimo possessionum in rebus alterius positis in appassu alior(um) et hominibus ad predicta, R(ubri)ca XXI

Omnes possessiones terre quinee scotanarie et possessiones alie posite in districtu saxi(ferrati) tam appassate q(uam) appassande, extimentur hoc modo v(idelicet). Modiolus cuiuslibet possessionis sit et esse debeat quindecim stadiorum et starium quindecim tabular(um), et tabula quindecim pedum ad pedem comunis prime vernus, Modiolusq(ue) terre laborative allibretur quatraginta solidis Modiolus vinee, scotanarie, et caneti tres libre, silve, levate, cone, et prata XX solid(i). Terre sode quastaglie, modie quinq(ue) solidi, quibus possessionibus sodis, et non cultis que appassate non essent quilibet uti possit more solito Molendina aut(em) que sunt vel fierent in flumine sentino a, clusa filior(um) d(omi)ni Corradi, et consortium inclusive usq(ue) ad molendina prati, exclusive extimentur et allibrentur sexaginta libris pro quolibet molendino sive macina, Pro qualibet valcheria medie folle quindecim libre, et si fierent in alia parte sentini extimentur quatraginta librar(um) pro quolibet molendino sive macina, et pro qualibet valcheria quindecim librar(um), que sunt vel fierent in fluminis sanguerinis, a molendino sauriti inclusive versus terra saxi(ferrati) extimentur triginta librar(um), Et si sunt vel fierent in flumine merrene ab ecclesia b(eat)e lucie citra versus terra saxi(ferrati) extimentur tantumdem

Modiolus Stad: 15
Starius 15 tabular(um),
Tabula 15 pedum,
Mod. lab: soll. 40 [illegible]
Vinee caneti, scotanarie mod: lt tres,
de lib: molendinor(um),

Domus et mobilia non allibrata

quanti extimati sunt in flumine sangueronis, et si esset vel fieret aliquod
molendinu in aliq. fossato extimetur pro quolibet molendino x libras
et pro qualibet valcheria centu librorum. Domus aut et mobilia non
allibrentur, et contra presens capitulum Vic. non possit opponere nec etiam
aliqs contrarium consulere, Vicarius qui contrafecerit in centu libris
et alius quilibet qui contrafecerit in centu libras coi solvere compellatur.
Item ordinam. qd si aliqua possessio seu res cois terr. seu specialis persone de dco
comuni esset de novo posita pro aliquo in appassu vel aliqs non habentibus
ius in predictis possessionibus seu rebus, talis appassatio vel appassitus
non preiudicet ipi comuni vel speciali persone a quibus vel ipsorum iuri, teneatur
aut Vicarius infra primum mensem sui regiminis congregare consiliu de terra
et villis et in eo propon. et eligi facere duos bonos homines qui sint et esse
debeant cu ipo Vicario ad reinveniendu ipas res ocultas vel incultas et
possessiones quascuq que essent p aliquem vel aliquos occupate, Et si Vic.
contrafecerit perdat de suo salario centum libras, et super predictis possessionibus
reinveniendis et rebus dicti comunis hat Vicarius plena potestatem
et libertatem procedendi et inquirendi qui duo boni homines secu habere
debeant socium unu vel duos in qualibet parrochia seu contrada
districtus dicte terr. eligendum sive eligendos p dnos Vic.m et Priores
ad reinveniendu omes et singulas poss.nes comunis et specialium personarum
itaq novus appassus in quo defectus haberet corrigat. et reducatur ad
congruu, et vel debitu eis pro comuni et specialibus personis ipius comunis
et qd per eos factum stantiatu et ordinatu fuerit, et correctu in quibus
et per omnia plena obtineat firmitate salva unicuiq legitima defensione
et vicarius teneatur effectui demandare sub pena predicta.

De Possessionibus que non remanserint appassate
et hominibus ponendis ad ipsas possessiones reinveniendas R.ca

xxij

Quicumq vendiderit possess.em de aliquibus possessionibus non appassatis
id denuntiare debeat regimini vel ipse res huiusmodi vendite deleantur
de appassu vendentis, et ponant. in appassu ementis p cancellarium cois qui
ad hoc sit deputatus quas mutationes dcus Cancell. scribere teneatur et
debeat fideliter sine aliqua solutione eidem fienda in uno libro per ordine
in catrasto cois singulis quolibet balia perdat ipse et dicitur sub pena
decem librarum p qualibet vice quandocumq Cancell. contrafecerit in predictis

vel corrigatur aliquo. Si aut aliquis dixerit se deceptum, dentur ei
duo appassatores suis expensis qui vadant et videant si
ipse est deceptus vel non et si invenerit ipm vel comune decepti
ut invenerit et congruum fuerit, emendetur et corrigatur in ipsius
appattu et libro quaternorum supradictorum. Et teneatur Vic.s supradictus virtute
iuramenti statim quod querela fuerit exposita coram eo vel suis officialibus
per aliquem qui dixerit se deceptum tale gravamen tolli facere
modo predicto, et si negligens fuerit in predictis perdat de
suo salario viginti quinque libras, Teneatur quoque Vic.s terram
seu possessionem ad alium pertinentem que in appattu alicuius esset
apposita, in appattu ipsius ad quem pertinet ipsa possessio
poni facere videlicet iuramento omni iuris solemnitate
obmissa de predictis fide facta per duos testes fide dignos
seu publicum instrumentum salva unicuique defensione legitima
Si vero cancell.s fuerit negligens in faciendo transmutationes
predictas ad petitionem castellanorum puniatur in X libris
Tempore sindicatus. Vicarius quoque in qualibet balia
duos bonos homines eligi faciat et eligat dictos Vicarius
et Priores qui boni dicias teneant et debeant in qualibet
parrochia et de tota parrochia sua perquirere et homines
iurari facere et omnes possessiones non appassatas et possessiones de quibus
collecta non solvitur debeat assignare ita quod eos et alios
quos possessiones invenerint et in appattu ponatur. Et si fuerit
in officio predicto negligentes in faciendo fieri predicta solvat quilibet
communi per banno X libras soldos. Si vero Vicarius
fuerit negligens in faciendo fieri predicta solvat communi pro banno
XXV libras. Vicarius in suo banno faciat quod nulla persona
possessionem suam secularis laboret de quibus collecta non solvitur
communi. Quas vero ipsas possessiones laboraverint seu laborari
fecerit per Vicarium et eius officiales cogatur ad solvendum

collectas pro ipsis possessionibus, et dandu(m) fideiussione(m) de solutione huiusmodi facienda, ita q(uod) comune de possess(ionibus) ipsis habeat sicut decet et debet, Ordinamus pariter q(uod) omnes et singule poss(essio)nes et res que fuerint olim nobilium de a(s)pris, emptę p(er) homines de sax(ofer)r(a)to et comitatu a. S. R. E. et possessiones que n(on) remanserint appassate seu remanebit in futurum ex nunc et ex tunc pleno iure auct(orita)te p(rese)ntis statuti efficiat comunis, si domini eor(um) infra spatium duor(um) mensium post publicatione(m) p(rese)ntium statutor(um), et sic in futurum si ipsas poss(essio)nes comuni n(on) assignaverit, et in libro appassatus poni et scribi non fecerint ad ic complete mensure, ut supra appetitur. Quod si hoc d(ict)i eor(um) non fecerint liceat sit cuilibet p(er)sone possess(io)nes ipsas pro ipso comuni apprehendere et tenere et assignare infra duos alios menses, habiturus poss(essio)nes qua assignaverit dimidiam partem, Nec liceat alicui possess(io)nes ipsas(?) sic remanentes laborare nisi collectas ipsis soluerit et fideiussoris p(re)stiterit ut supra dictum est, Si vero contrafecerit possess(io)nes tanto laborando vice qualibet soluat tam pro banno xxv libras cuius banni dimidiam partem, quicumque huiusmodi laboratores denunciaverit seu accusaverit, et alia dimidia sit comunis, Super quibus Vicarius et sui officiales vinculo iuramenti et sub ba(n)do mill(e) ... libr. de suo salario debeant et teneant inquisitione(m) facere et hoc statutum futurus vicarius teneat precipue observare et debite executioni effectui demandare.

De officio Camerarij Comunis Rca xxiiij

Camerarij electi teneant et debeant ip(su)m officium p(rese)ntis exercere p(er) vicarium cogi et compelli ad ip(su)m officium p(rese)ntis exercendum nec possit in aliq(ui)s de comitatu sax(ofer)r(a)ti compelli ad d(ictu)m officium exercendum in eius(?) et non possit neq(ue) debeat modo aliquo ip(su)m officium alteri comictere pena xxv librarum, et si comiserit comissio ipsa non valeat nec teneat nullo modo sed auct(orita)te p(rese)ntis statuti sit cassa et irrita et nullius valoris, et nihil(omin)us comissione(m) sufficien(tes) sin xxv libris comunis

condenet et super huiusmodi admissione facienda dni Priores dispensare seu aliter providere non possint et teneantur. et camerarij supradicti dicti officium bene et legaliter exercere, et omnes introitus et proventus dicti comunis recipere et scribi facere per notarium ipsius in quinterno pecuniarum antequam ipsos recipiat sub condenatione in uno libro, et collectas in alio quaterno per se, et introitus et proventus non recendatur sed ex ipsis introitibus et proventibus teneantur ipsi camerarij expensas debitas facere dicti annuis et ipsas scribi faciant per notarium Reformationum in alio quaterno pecuniarum particulariter et distinctim antequam ipsas faciant et ponere causam cuiuslibet per se expense quare fuerint facte, nullaque alia persona publica vel privata officialis, vel aliquis alius quam camerarius comunis mandato alicuius officialis vel aliquo alio modo pecuniam debitam dicto comuni quacumque de causa audeat vel presumat accipere vel tenere nec et expendere ullo modo et qui contrafecerit in aliquo predicto vel capto debeat et compellatur restituere quadruplum comuni predicto, et officio quod habet privetur. statuto aliquo non obstante. teneantur et supradicti camerarij in uno quaterno scribi facere omnes ambasciatores qui mittuntur pro ipso comuni tempore sui camerariatus, et quando, et qua die vadunt et redeunt nec expensas aliquas magnas seu parvas faciat nisi secundum formam statuti, et si quis contra formam predictam faceret per sindicos comunis in quadruplum condenetur. Nec faciat insuper aliquam expensam a quadraginta solidis supra sine deliberatione habentium auctoritatem et si contrafecerit quadruplum eius quod expenderit comuni predicto solvat, liceat tamen cuilibet camerario residenti faciendo tempore sui officij mandato Vicarij expendere quadraginta solidis, notarij quoque dni Vicarij omnium condenationum que fuerint late ipsis licitis in consiliorum copiam dare debeant ipsi camerario pro condenationibus exequendis, qua copia dictis camerariis teneantur

15v

debeat et tenere occasione predcā, et si condenatio aliqua reperiret cassa et non
invenient. in introitibus dicti comunis habeat pro non cassa et nihilo reputari
exigatur, et qui ipsam cassaverit seu cancellari fecerit quatruplum [illegible] solvere
teneatur pignora aut que ad ipsius manus pervenerit scribi faciant per notarium
ipsius cuius et qualia sint et quod ex eis percipit. sive collegit. vel vendatur
et superint illa successori suo in alijs rebus comunis debeat assignare
collectas aut cum indicto comunis imponent. teneat. ipse Camerarius recipere
a collectoribus ipsius collecte pro omnibus et singulis pro quibus collectam debe:
runt recepisse [illegible] habri poterit. Sunt etiam dictus Camerarius de salario
dni Vicarij usque ad finem sindicatus ipsius penes se retinere tertiam et
ultimam partem sui salarij donec fuerit administratione sui officij
absolutus et notarij. dicti camerarij teneant. et debeant facto scribere
omnes et singulos introitus et expensas dicti coīs distinctim et pro se ut supra
continetur ex ipsis quatuor libros facere, unum de introitibus, aliud
de expensis comunis predicti consignandos, et removendos et alios duos
similes penes camerarium coīs, quos omes quatuor completos et publicatos
ut committitur ultimo die officij sui camerariatus restituat, alias [illegible]
casomedo et specialiter [illegible] et instrumenta ad officium camerariatus
pertinentia, et spectantia diligenter facere publicare nullo inde salario vel
pretio recepto. In omnibus et introitibus et expensis xx sol: supraponant
dies et de receptis, et de solutis ab aliquo occasione condemnationum vel collectarum vel
aliorum dent apodissam sua manu propria vel sui notarij scriptam ad penam
centum solidorum ipsi camerario. Teneantur insuper supradicti camerarij
et notarij in fine eorum officij infra x dies post depositum eorum officium libros
suos dno Vicario, Prioribus et Cancellario comunis assignare et tradere et
omnem pecuniam quam habet dictus Camerarius de pecunia coīs camerario novo
successori suo teneatur, et debeat assignare, et tradere, sub pena quadrupli eius
quod invenerit habere, pro rationatores suos et eorum officio, teneatur et debeat infra
mensem post depositum eorum officium rationibus ponendis per dnos Vicarium Priores,
et ipsi Vicario vel eius iudici vel alij officiali ponendo per ipsum dnum Vicarium
debitam reddere rationem, Et si in eorum officijs ipsi camerarij et notarij vel
aliquis eorum fraudem commiserit in aliquo puncto vel capitulo supradictis

pretor penas superius constitutas a xxv libris pro quolibet et qualibet
vice condennet(ur) pene nomine, Vic(ari)us vero qui pro tempore fuerit teneat(ur) et
debeat predictos camerariu(m) et not(arios) rationatores ad predicta omnia et singula
exequenda realiter et p(er)sonaliter cogere. Habeat autem Camerarius quilibet p(ro)
toto tempore sui officij camerariatus a comuni p(ro) suo salario sex flo-
renos, et not(arius) camerarij p(ro) tribus mensibus quatuor florenos auri,
et aliud a dicto comuni vel aliqua sp(eci)ali persona ultra dictum sala-
rium dicti Camerarius et not(arius) nec aliquis eorum percipere et habere non
possit occasione dictorum officiorum vel alicuius eorum. Qui Camerarij
et ipsorum quilibet teneantur et debeant in principio eorum officij
dare sind(ica)tori dicti comunis idoneos fideiussores qui ipse Camerar(ius)
dictum officium operabit et exercebit ut superius dictum est et expressum
sub pena xx librarum denariorum et in restitutione damnorum
et expensarum dicto comuni facienda. Ordinamus preterea quod
quilibet Camerarius teneatur expendere p(ro) lumine custodie no-
cturne unius lampadis in sala Palatij ante figuram Virgi-
nis Marie, et alterius lampadis ubi datur et fit custodia
quolibet mense triginta solidos denariorum sine alia delibe-
ratione, ad hoc ut nulla custodia p(ro) lumine predicto recen-
datur. Qui rationatores predicti debeant esse duo tantum
et habeant p(ro) eorum salario xx sol(idos) den(ariorum) p(ro) quolibet ipsorum

Hic debet esse statutum de armario faciendo p(ro) iuribus
comunis conservandis quod quidem statutum hoc modo incipit,
Quia privilegia et iura comunis ex custodia et sollicitudine non adhibitis
rehaberi non possunt immo deperdita videntur p(ro)pter que onera, et danna co(mun)is
incumbunt unde ad hoc ut in futuro tempore predicta non valeant evenire statuimus
quod subtus logiam que est ante palatium, et reliqua non inscripta etc. vi(de).

18

De Electioni et officio baiulorum R[ubrica] 25

Vicarius terre sax[oferrati] tempore quo eliguntur alij officiales solendiiter banniri
faciat quod quelibet bailia comitatus per eorum sindicos infra quinque dies sequentes
det et assignet ipsi vicario unum baiulum pro qualibet earum et provideat
predicta fieri cum effectum in principio sui offitij, et sindicus cuiuslibet
bailie debeat assignari omnes habiles de sua balia qui debeat imbussulari
et de ipsa bussula extrahi; et qui fuerit extractus non possit modo aliquo
se excusari nisi haberit aliquam de excusationibus modis, et si contin-
gat ipsum absentare de dicta terra et comitatu debeat capi bona ipsius
et de ipsis satisfieri ei qui pro eo et eius loco fuerit positus, et nihilominus
pena xxv librarum incurrat et habeat dicti baiuli eorum salario
in mense quolibet a communi tres libras pro quolibet dum tamen cogi non
possit aliquis qui solus est in domo, et solus intelligatur qui non habet
solus in domo quis intelligatur. patrem, fratrem, filium, vel nepotem maiorem quatuordecim annorum, et mi-
norem quatragesita annis, incolumes, et etiam qui fuerit inhabilis
ad dictum officium exercendum, vel cuius libra patris, fratris vel nepotis simul
habitantium fuerit vere, et non ficte a 12. libris supra, et qui fuerit
de numero priorum vel consiliariorum tempore quo extrahitur sive
eligi non possit cogi nec esse ad officium baiulatus et qui fuerit
baiulus habeat salarium supradictum a communi et qui fuerit uno
anno baiulus non possit esse inde ad tres annos nisi voluerit volunta
rie dictum officium exercere et post etiam et non substitutum;
Et qui ficte vel in fraudem auxerit sibi libram causa evitandi
dictum onus ipse qui fuerit, et qui cumulavit seu prestiterit
libram predictam dicta causa cadat in penam . . . lib: et nihilominus extractus
cogatur ad ipsum offitium exercendum et quilibet possit accusare et habeat
medietatem banni teneatur etiam in secreto. Et Vic[arius] et de predictis ex
suo offitio possit inquirere, possit tamen qui fuerit electus sustinere

alium in loco sui sufficientem et bonum nec aliquis ex ipsis baiulis possit esse
gualdarius et dare debeat idoneum fideiussorem de ipso officio fideliter exer-
cendo et non debeat aliquos pignorare nisi scriptos quare pignorare
debeant seu portent et aliqua pignora alicui dare seu pignorare
non possit, sed statim cum ipsa acceperint camerario vel alteri ad
hoc deputando pro comuni dare et assignare penitus teneantur
et debeat et si hoc non fecerint vice qualibet pro quolibet pignore sol-
vat comuni pro banno quinque solidos den: siquis aliqua ambasiata
facere recusaret vice qualibet solvat fuerit positus nihilominus
pena xxv librarum incurrant et habeant dicti baiuli comuni pro
bando xx solid. denarii et teneantur ipsi baiuli in presentia
unius testis in civilibus facere citationem et ipsum testem faciat
in citatione conscribere sed in relatione diurno in textu
citationibus hec solemnitas non servetur. primam citationem expensis
actoris alias vero expensis rei facere teneatur citationes quoque
que fiunt extra terram fieri possit una vice pro tribus ad
domum tres diversos dies propter [illegible] assignandos et teneatur facere
relationem omnium citationum prima die vel sequenti et cuius
relationi stetur, et credatur et si ex defectu citationum et relati-
onum aliquis damnum aliquod substineret tunc ipsi baiuli de suo proprio
substinenti damnum emendare teneantur. et solvat comuni vice qualibet
xx solidos et de ambasiarijs quos fecerint exceptis primis citationibus.
In maleficijs et damnis datis quando cum ipsorum [illegible] provideri inqui-
sitionem et denunciationem accusationem vero solvatur expensis
accusatoris solutionem recipiat hoc modo [illegible] pro una ambasiata
quam fecerint habeant sex denarios et denarios pro quolibet milliare
de acceptione tenutarum solvat modo predicto, infra vero duos
denarios tantum et non plus accipere possit, et si pro pluribus
personis acceperint in eadem parrochia [illegible] percipiat me-
dietatem dicti solutionis a qualibet persona, et abinde supra
tertiam partem dicte solutionis et non ultra, et in Comitatu tan

quatr citationes quorum alicuius fuerint habitatores in derna [illegible] qui non habitat [illegible] et [illegible] statuti l° v. R° 7 de damnis datis a [illegible] non [illegible]

et infra milliar' et abinde supra quatuor denarios

Qui vero contrafecerit in aliquo predictorum solvat comuni pro banno decem
solidos, Quod si aliquis baiulus non fecerit sui officii vel contra formam
statuti seu obmisserit aliquid de contentis in ipso statuto aut fraudem
vel negligentiam commisserit in suo officio, Vicarius et alii officiales con
illos baiulos supradictos puniantur ex suo officio procedat ad petitionem cuius
libet postulantis et ipsos punire et condenare teneantur secundum for-
mam statuti, et nihilominus cogere eos ad dictum officium exercendum
et si plures fuerint debeant solutionem pro rata [illegible] ad hanc ut
accipere non possit nec accipiat aliquo modo in pignus alicui
castellano pannos de lecto vel de dorso, nec aliqua arma si alia
pignora habere potuerit, Et si quod pignus acceperit quod ipsa
die qua statim dare seu assignare debeat Camerario comunis
vel alijs ad hoc deputatis vel illi ad cuius petitionem fuerit
acceptum pignus seu tenuta vel infra dictum terminum assignare
penitus teneatur, Sed si forte non valeret infra tertiam
diem pignus ipsum sive pignora camerario supradicto vel alijs ad
hoc deputatis assignare et tradere penitus teneatur
Qui vero ex ipsis baiulis contrafecerit qualibet vice
et pro quolibet pignore in 5 sol. puniatur et eius officiales
ad petitionem cuiuslibet postulantis penitus condemnet.
et quilibet qui postulaverit seu alio modo denuntiaverit
habeat medietatem banni, Qui vero baiulum vel vicarium
vel aliorum officialium ex causa legitima destinatum ad aliquem
seu aliquos pignorandum non permisserit ipsum pignus accipere
vel ipsi baiulo acceptum reacceperit, aut eum non permisserit domum
intrare ad pignus accipiendum solvat comuni pro banno vice qualibet
quadraginta solidos, et de predictis stetur sacramento baiuli cum
probatione unius testis maioris quatuordecim annis, Nullus
vero ex baiulis possit custodiam pro alio facere nullo modo

Arma et panni de lecto non possunt accipi in pignus
lib. nec vestimenta quotidiana

Pignus potest dari creditori vade in 3° l. 58 de debitis confessis

Id. nec ceppi domorum nec domus quando sit alicubi in l. 3 [illegible] 4

Id. nec equus, nec arma [illegible] l. 4 [illegible] 57

Contra negantes pignus vel reacceperit baiulo pena xl sol.

et nullus officialis in futurum possit dictos baiulos cogere ad prestandum eis aliqua servitia ex officiis ipsorum baiulorum pena X librarum pro qualibet vice et vice talium,

De tubatoribus et ipsorum salario Rub. 26.

In comuni Sax. sint duo tubatores qui habeant et habere debeant duas tubas grossas et duas tubettas parvas teneatur et debeant omnia banimenta necessaria et occurrentia in dicto comuni facere diligenter et si fecerint aliquod banimentum alicuius specialis persone habere debeat pro banimento quolibet facto ad fenestras logie sex denarios, et ultra non possint habere vel recipere pena quinque solidorum pro qualibet vice, Citationes quoque et precepta facere possint, et teneantur et debeant ut alii baiuli faciunt solutiones recipiant et relationes facere teneantur ut ipsi baiuli, De Ambasciadis quas faciunt et eorum citationibus stetur et credatur, Qui tubatores et ipsorum quilibet habeat pro ipsorum salario illud quod per consilium fuerit ordinatum, Nullus ipsorum tubatorum recedere debeat de districtu dicte terre absque licentia dominorum Vicarii et Priorum pena centum solidorum pro quolibet et qualibet vice, Teneantur et debeant etiam dicti tubatores alter alteri partem facere de beneficiis omnibus per eos aut ipsorum aliquem faciendis extra terram Sax. et eius districtum, ad aliquam militiam ... seu ... , et qui de omnibus qui per eos vel ipsorum aliquem fuerint exbanditi occasione

18v

1. [illegible]

aliquius malefitij progresso libet possint recipere et habere sex denarios, et etiam talis ex bannibus non recipiat ad sex quiesandum nisi primo eidem habuerit dictos sex denarios dumtaxat in ex bannitis ex causa damni dati, hoc locum non habeat

Vicarius vero primo mense sui regiminis teneat proponere in conscilio generali de tubatoribus habendis et quod deliberatum fuerit executioni demandetur. Circa tubatores ipsi teneantur et debeant ambo cum fieri debet consilium aliquod venire ad pulsandum campanam pro ipso consilio, et debitarent stare et continere donec consilium fuerit finitum ad penam quinque soldorum pro qualibet vice, et in plus ad arbitrio D. Vicarij vel sui iudicis. Volumus quoque dictis tubatoribus horis congruis quando Vicarius et sui officiales essent ad banchum teneri pro adesse et campanam pulsare pro iure reddendo.

Tubatores teneantur pulsare campanam

De extimatione equorum qui dantur ad vecturam et de pretio vecture. R.la 26

Prima die vel 2da regiminis Vicarij Regimen faciat publice bannire quod omnes volentes equos ad vecturam dare ipsos equos presentent coram eo, et eos equos vel ronzinos per quatuor homines eligendos tempore quo eliguntur alij officiales et duos ipsorum ad minus faciat extimare qui boni homines iurare debeant extimationes ipsas facere bona fide, et sine aliqua fraude, ipse autem extimationes fiant secreti, et secrete teneantur per notarium Vicarij, et si aliquis aliquem ex dictis ronzinis acceperit vel duxerit in servitium comunis, et equus vel ronzinus casu fortuito peioraret vel magagnaretur vel mortuus esset

vel mori tunc dicta de causa ea die vel sequenti qua redi-
erit predictos revideatur et extimetur secundum extimationem predictam
Vicarius de havere comunis illi, cuius est dictus ronzinus
magagnatus vel peioratus vel mortuus faciat emen-
dare. Hi vero qui cum suis equis in servitium comunis
iverit antequam vadant per duos extimatores ut dictum
est faciat extimare equos quos duxerit, et vicarius
peioramentum eius vel si mori contingerit faciat emen-
dare secundum extimationem predictam et dicto modo, Et si
equi vel ronzeni quicumque accepti ad vecturam
culpa accipientis vel eos ad vecturam ducentis
tantum peiorarent seu morirentur secundum extimationem
predictam de ipsis aut supradictum est facta dominus
ipsorum infra octo dies postquam petitum fuerit ad emen-
dandum cogatur per vicarium et eius officiales omni iuris
solemnitate obmissa. Si vero dicti equi vel ronzeni
culpa vel defectu dominorum ipsorum extimati fuisse non
essent eis non debeant de aliquo emendari. Et
predicta locum habere volumus in presentibus et futuris.

Item dicimus quod nullus de sarofinalentibus recipere possit
nec debeat quectura alicuius equi vel ronzeni
ultra duos anconitanos pro diem contrafaciens vero
solvat comuni pro bario vice qualibet XX sol. Et vicarius teneatur
et debeat vinculo iuramenti super predictis procedere ad petitionem
cuiuslibet postulantis vel denuntiationis et credat sacramento
denuntiantis sine aliqua probatione.

De officialibus eligendis per tempus unius anni R.ca 27

Omnes qui esse debent per unum annum venturum officiales [illegible] calen. Maij proxime venturi mandato infra octo dies mensis Aprilis proxime venturi [illegible] eligantur. Et qui electi fuerint ad aliquod officium dicti comunis [illegible] infra octo dies a die electionis [illegible] officialibus dicti comunis fiat unus liber de cartis pecudinis in quo omnes officiales predicti comunis tempore sui officij electi [illegible] et [illegible] scribere teneatur et debeat [illegible] distincte eorum officia ac et iuramenta [illegible] Vicarij et suorum officialium ipsius libri in publicam formam reducat et ipsum officiali [illegible] deputato tenetur reddere publicatum vel etiam assignatum reponere in armario faciendo, ita quod Vic. [illegible] inveniat dictos officiales iuratos et sic successive quilibet facere teneatur sub pena decem librarum quoties in aliquo contrafecerit. Et si dictus Canell. fraudem vel negligentiam comiserit in premissis in X libris pro negligentia et fraude qualibet comuni pred. pene nomine condemnetur

Quod potestas supersit iuri et iurisditioni Communis et eorum defensioni Rub.ca XXIX

Pro comuni utilitate omnium dicti Com.is Vic. dicti Comunis Terre Sax. debeat superesse et [illegible] iuri [illegible] protectioni et difensioni iurium et iurisditionis dicti Comunis et observari et observari facere [illegible] pro posse et [illegible] Vicarius reinveniat omnia bona publica

et possess.nes comunis ubicumq sint in d.ca Terra et eius districtu occupata et neglecta a possessore quocumq et ad hoc ut predicta melius valeat executioni mandari, faciat eligi prefatus Vicar.s in cons.o gnli quatuor bonos et legales homines duos de Terra et duos de villis et deputentur ad hoc unu specialiter ex Notarijs suis, qui homines teneantur et debeant cu not.o in Terra et districtu suo et qualibet contrada ipse diligentem inqsitione et examinatione facere inter homines et personas dicte Terre et eius districtu desuper apprehensis et appendentibus tenentibus et quoquo modo occupatib bona et poss.nes dicti cois et ipsa bona vijs et modis omnibus quibus potuerit reinvenire, et predicta omnia in scriptis reducere ad loca que dixerentur occupata cu expedient cu antiquis et testibus se secum anferentes et ibidem inquisitione facere, quibus omnibus expletis et bonis et rebus ipsis reinventis debeat ea uic.m et prioribus inscriptis porrigere, Et si predicti homines et not. in predictis vel aliq.o predictorum negligentes fuerint vel fraudem aliquam in predictis comisserit solvat quilibet pro banno xxv libr. Et predicta bona publica et possess.nes coi reinventa et alia que aliq dicti cois terminetur a privatis personis congruis et suffitientibus terminis et apparentibus et de ijs et fieri debeant p d.os homines publica instrumenta Et pred. et fieri debeant p d.os homines et not.m sub pena predicta Et ubicumq dicte poss.nes et bona occupata a quatraginta annis citra pristinum statu et pristinu reducantur omni non strepitu permisso non obstante aliq.o possessionis titulo aliq. modo colorato,

uel quesito nisi post scripte ueniet dnus et post tur esset rei que
diceret occupata ad quam facienda et exequenda Vic. procedere
possit omni modo et forma quibus sibi melius et utilius pro dco
comuni uidebit. sine condemnatione aliqua, Et qui in preds
esset aliquatenus obiciator soluat coi pro banno XXV libras et ad
restituendam rem occupata penitus condemnat. Et si fuerit
negligens in predictis uel aliis predictorum ipse Vicarius sol=
uat coi pro bando quinquaginta libras

Quod Potestas omnes literas legi faciat in cons. R 30

Vicarius uel eius iudex sub uinculo iuramenti teneatur et debeat omnes et sing.
liras pro parte officialium Marchie Anconitane, Ducatus Spoletani
uel aliorum officialium R. E. transmictendas legi facere in consilio
aut inter priores uocandos per ipsos D. Vicarium et Priores et si eis
uidebitur q aliquem uocentur expedire et inter sapientes
uiros dicti coīs uel et que mictuntur officialibus dci Comunis
De quibus si non legerent comune reciperet lesione ea die qua
uenirent uel sequenti. Et si uicarius uel predi officiales
predicta non fecerint teneatur ipse Vicarius et Cancell.
qui tunc erit super reformationibus ad illam penam
que continetur in lris et ad emendationem eius quod comune
pateretur occasione predicta, Omnes insuper lre comuni
predco presentande per dictum cancellarium registrentur

De Pactis inter comune Eugubij, fabriani et Roche Contrade observandis

Vicarius faciat inuiolabiliter obseruare conuentiones et pacta inter coe
Eugubij, fabriani et Rochi contrade et coe lapdi sicut scripta patent
manu Bonauenture uel alterius notarij

Quod Vicarius exigat condennat.^{nes} et collectas a, 1382

Vicarius habeat liberam voluntatem potestate et iurisditione reinveniendi et exigendi omnes condennationes collectas et quantitates ipsi communi debitas ad id citra tempore subtractas et in predictis possit procedere omni modo et forma quibus sibi melius et utilius pro dicto communi videbitur expedire omni iuris solennitate obmitta. Ex quibus Vicarius teneatur et debeat omnes condennationes factas suo tempore que fuerint recoltati exigere exigi facere alias ad communi salarium computentur tempore sindicatus aliquo vero condennationes exbanditos exigere teneatur si debiles fuerint et solvendo condennationes faciendo eorum bona in quantum sibi possibile fuerit in communi devenire, vinculo iuramenti et si negligens fuerit puniatur in X libri. nec qualibet,

officialis non exigens collectas vide capitulum statutis in 8° xi l.° 4 Rubrica 83

Quod prestantia non imponatur nec exigatur in communi Rubrica 33

Prestantia non exigatur ab aliquibus castellanis terre sancti nec cogatur aliquis mutuum seu prestantiam facere modo aliquo sine cauta pro communi predicto

Priores artium possint mittere banimenta et illa exigi facere prout in statuto hic obmisso latius continetur, et de ordinamenti illarum in alio sequenti statuto admitto

De Magistro Gramatice habendo Rubrica 36

Habeatur et haberi debeat pro dicto communi dicta terra sancti unus bonus et sufficiens magister gramatices pro toto anno, et habeat a communi predicto pro dicto tempore

[. 1.

pro suo salario id quod ei debitu dno Vic.o et Prioribus usq
ad quantitatem centu librar. et hospitiu sue domum
et si casus occurrerit ipsum magrum occupatu fore ipis
scolaribus legere et superesse doctrine non possit, dare
debeat substitutu sufficiente ad voluntatem dni Vic.ij
et Priorati non sit licitu ei scolares dimittere vel se
absentare possit sine ipsoz licetia pena dece libraru
pro qualibet vice et debeat incipere studiu in festo
Sti Luce de mense octobris et duret per totum
annum, et debeat accipere a quolibet scolare
faciente latinu mediu triginta soldos et faciente
latinu parvu XXV sol. et ab alijs vero XX sol.
a jacentibus vero in scholis in quolibet satis medietate
plus vz medietate in festo Nativitatis dni et alia
medietate in festo pascati resurrectionis dni ad
que solvenda quidem dicti Cois procuratores trans-
mittentes eos ad Scola vel Gubernatores ipsoz aut
scolares ad voluntatem magri vel et personatu
constringatur omni iuris solemnitate obmissa et de-
beat legere regulas, et auctores et declinare
et facere omnia que ad dictu studium consueta sunt
facere a magistris, et si quis scolaris iverit ad
scolas cu magistro predicto et steterit per mensem
et postea sine rationabili causa distulerit ad scolam
redire nihilominus dictu salarium solvere teneatur, qui
vero scolas intraverit contra voluntatem Magistri
et per ipsum Magrum prohibitu fuerit eidem vel

precepto quod inde exeat quod si non fecerit solueat com(m)uni banno decem libras denariorum et sufficiat probatio unius testis

De quodam medico et phisico habendo in terra vall. R.la 31

Vide noua cap.la facta,

Ordinetur quod d(omi)nos Vicarium et Priores et abiscos vocandos quod habeatur unus bonus medicus et phisicus et sufficiens cum salario quod eis d(omi)no Vic.o et Priori ... uidebitur conuenire et habeat pro suo salario quod per eos stantiabitur et ordinabitur, Qui medicus teneat et debeat sine aliquo salario duabus uicibus ad quemlibet decem adire, et semel ad quemlibet de villis habendo equum ab ipsis, et si fuerit plus necesse accedere debeat pro salario ~~competenti~~ et si ire noluerit vici quolibet quo contrafecerit soluat de suo salario contra ... excusationem nisi habuerit legitimam.

De missa B. Mariae in Celia S.ti Angeli quolibet die Mercurij celebranda R.la xxxviij

Statuimus et ordinamus quod ad honorem et reverentiam omnipot. Dei ac B. Mariae virginis qualibet mense semel in p.o die mercurij ipsius mensis in Celia S.ti Angeli de dictis sex mensibus in Celia S.ti Petri aliis sex mensibus missa ipsius B. virginis celebretur semel, Presbiteris quorum ... ipsarum ecclesiarum ad ipsam missam celebrandam ~~celebrantem~~ vocauerit

22

seu fuerit commemoratio de liberatione dicte terre et processio et
habeant dicti Rectores ecclesiarum singulis sacramentis
luminis duas libras cere in quatuor cerottis et
Vicarius et Priores accedant ad dictam missam processionem
solenniter cum devotione fieri debeant semel in
anno die xij mensis septembris et celebrari debeat
solennis missa ad honorem sancte virginis gloriose in eo
loco et forma, et modo quibus videbitur dominis Vicario
et prioribus et hoc pro recolendo et honorando festi=
vitati diei predicti quia fuit liberata dicta terra
à Jugo tirannico reducta ad libertatem et honorem
sancte matris Ecclesie, que fuit dies duodecima predicta
dicti mensis settembris millesimo tricentesimo LXV, quod preter=
missi non valeat opus tam pium quod negligentia aliquorum
prelatorum incepit retardari, et ut hec et alia bona
que domino inspirante in terra predicta fieri contigerit
Terram istam ac ipsius incolas, et personas mares
et feminas, intus et extra Deus omnipotens et be=
atissima virgo Maria Mater eius in bono tranquillo
et pacifico statu Ecclesiastico et corporis salutis aug=
mententur manu teneant, et conservet. Statuimus
et ordinamus quod omnes religiosi vel Clerici seculares
alij, aut Rectores aliarum ecclesiarum dicte terre accedere
debeant si et quando fuerint requisiti ad dictas missas
et processiones qui aut ipsorum alijs ad requisitionem dicti
Rectoris Ecclesie Sancti Petri, et Sancti Angeli de dicta terra

missa solemnis celebretur
anno quolibet in die 12
mensis septembris

anno 1365 liberatum
Sarcinae a tiranide

vel ipsius nuncij ad predicta pietatis opera celebranda venire neglexerint ad ecclesias supradictas omni beneficio elemosinarijs aut ipsorum locis conventibus seu ecclesijs a comuni dicte terre pformam alicuius statuti quomodolibet concessi sunt et esse debeant pred. statuti vigore privati, Camerarius dicti Cois quidquam elemosinas post dictam denuntiationem et factam dare religiosis dictis aut tribubus ipsis sic venire negligentibus vel ipsorum locis conventualibus seu ecclijs pecuniamque quam darent seu solverent contra formam predictam restituere dicto comuni de suo ppro compellatur et negligentibus statuti verbo supradicti statutis quilibet in super denuntiare et accusare valeat.

Nota fraternitatis Ste Marie Misericordie

fraternità di S. Ma della misericordia

Prioribus cuius redditur ius sumarium et statum simplici verbo Prior. fr. in statuto ob... hic continetur latius.

De Statutis contra libertatem eccliae cassandis R.a XL

Omnia Statuta et Reformationes que directe et aut p obliquum tenderent contra libertatem Ecclie Romane sint casse et de libris dicti Comunis debeant aboleri, ad hoc ut Cois sive ex ignorantia aut errorem excomunicationis vel interdicti sententiam incurrat pp aliqua predicta salvis semper et reservatis iuribus et libertatibus prominali comunis.

23v

De Refirma officialium N.º xLi

Quonia[m] iam pluries accidit fore reperimus p[er] partem co[mun]is Saxi regimina dicte terre scripsisse viris maioribus super hec potestate habentibus p[ro] refirma aliquorum officialium co[mun]is predicti et ex ea cives aliqui officiales iam fuerunt refirmati q[uo]d satis fuit dannosum ipsi Comuni Iniuriis ex deliberatione firmarunt q[uo]d de cetero Regimina dicte terre nullo modo audeat vel presumat aliquo quesito colore scribere seu scribi facere vel etiam supplicare p[er] parte co[mun]is predicti terre p[ro] refirma alicuius officialis co[mun]is predicti et quorumcumque nomine nuncupentur et si in aliquo contrafactum fuerit puniatur in ... libris denariorum quolibet et de ... in ... terre ...

Officiales non possint refirmari vide capitulum ...

Quod Bona emphiteotica non innovari possit nisi p[er] legitimos successores Cap.la xLij

Statuimus q[uo]d nemini liceat innovari in emphiteosim recipere ab aliquo et cuiuscumque status conditionis et dignitatis existat aliqua bona emphiteotica posita in terra Saxi et eius districtu nisi qui sunt ad quem dicta res pertineret tempore dicti contractus ex testamento sive ab intestato seu ex contractu si propria esset vel fuisset non emphiteotica qui contrafecerit solvat dicte terre quadruplum eius q[uo]d talis possessio communi extimatione valeret

et nihilominus contractus inde celebratus et quod sequi possit ex eo quod sit nullus, et nullius efficaciæ vel valoris et super predictis regimen dictæ terræ teneatur et debeat contra delinquentes procedere ex officio vel ad petitionem cuiuslibet postulantis, Et insuper talis donatio seu receptio in emphiteosim aut he predicti statuti intelligatur esse facta et recepta nomine dictæ personæ ad quam dicta res pertineret si propria fuisset et ei intelligatur, et sit tunc acquisita fictione predicti statuti contra quam probatio nulla admictatur in contrarium

Quod contractus et ceteri civiles actus celebrati in terra et districtu sax[i] tempore regiminis tirannorum q. dictæ terræ, cum decreto iudicis vel ceteris non possit annullari propter tale decretum ab eis hinc interpositum Rub[rica] XXXXIII

Quoniam quam infiniti tituli curæ et inventaria et conditiones transactiones et alii diversi contractus et actus civiles celebrati reperiuntur in terra et districtu sax[i] temporibus retroactis sub regiminibus dominorum Vnghari et Aloysii et aliorum suorum consortium de Actis olim tirannorum dictæ terræ cum decreto ipsorum seu iudicum et vicariorum eorundem et revera ipsi et eorum iudices et vicarii inhabiles fuerint ad interpositionem talium decretorum, Ex quo tales actus possent facili exceptionis obstaculo annullari quod in grave damnum verteretur com[un]i et etiam specialibus personis terræ pred[ictæ] Ideo presenti deliberatione statuimus et sancimus quod nullus contractus

Vngharus et Aloysius di Actis

24v

seu alius actus de predictis possit imposterum annullari pre=
textu minoris etatis inhabilitatis seu defectus et quod nulla
persona possit decetero aliquam exceptionem contra
aliquod de predictis opponere directe vel indirecte
aliquo quesito colore, et qui contra fecerit soluat
comuni pro banno centum libras den. Et nihilominus talis exceptio
careat iure et effectu et super predictis Regimen
dicte terre teneatur singula predicta contra delinquentes
ex suo officio sub vinculo iuramenti et pena centum librarum
de suo salario,

Hic debet esse captulum quod bona Emphiteotica non vendantur
nisi [illegible] successores

Explicit liber primus. Laus deo,

Jhs . Liber secundus:

252

De Maleficijs.

De Diebus dominicis et alijs festis custodiendis ~ R. 1a.

Statuimus et ordinamus dies Dominicos et festivitatis
Marie virginis, Nativitatis dni, Paschatis resurrectionis
cum duobus sequentibus, Petri ~~Gregorij~~ Georgij et Francisci,
Dies veneris S. P. Stefani circumcisionis, Epifanie,
etc. festivitas omnium Evangelistarum et quatuor doctorum,
S. Michaelis Arcangeli Ascensionis dni, Pentecostes
cum duobus diebus sequentibus festivitatis corporis
Xpi v[e]l in illa quinta feria. S. Jo: bapte, S. Laurentij S. Bernardi
~~Benedicti~~ festum omnium Sanctorum dies duodecima que fuit
dicta terra sancti liberata et ad pristinum statum bonum
reducta nullo servili onere violetur preter cibis et
potibus dicorum, et animalium exceptis personis que
sunt extra terram qui possint ad terram et eorum domos
cum sarcinis absque pena contrafacientes vero in
aliquo predictorum in decem solid. den. pene nomine condenentur
liceat tamen unicuique deferre, et deferri facere oppor-
tuna pro domibus construendis et si aliqua festum
venerit de die sabbati non intelligatur ipsa dies
quo ad de apotechis non tenendis apertis, et de
sarcinis conferendis, tempore quoque guerre ac etiam
Vindemiarum et messium predicta prohibitio non
vendicet sibi locum, Et etiam molendinarij,

nota pro domibus construendis

27

25

qui nec et possit aliqs aliter diebus festivitatis B. Marie
Virginis aliq molere contrafaciens vero in x sol. pene
nomine condemnetur. Possit tamen regimen sacri ipsis diebus
dare licentiam faciendi et deferendi singula que necessaria
et opportuna occurrerit pro bono et pacifico statu dicti
Comunis. Volumus insuper quod nulli liceat dictis diebus
festivis aliquas apothecas seu stationes apertas
tenere causa vendendi vel emendi aliquas mer
cantias contrafacientes vero dicta pena puniantur
Speciarijs dumtaxat exceptis quibus liceat dictis
diebus festivis stationes impune apertas tenere
quilibet aut contrafacientes accusari possit et
habeat medietatem banni et Vic. vinculo iuramenti
quolibet mense sui regiminis in qualibet contrata facere quosdam
secretos ad denunciandum contrafacientes teneatur
habitura medietatem banni, et mittere debeat dictis
diebus ad rimandum pro predictis notarium suum et possit a
de predictis tam ad denunciationem alicuius quam etiam ex suo
officio per inquisitionem procedere, et teneatur die precedente
festum bannum facere ut custodiantur

Festivi dies debeant bannire
Feriati dies vide infra fol. 133

De loco in quo debet ius reddi, et actus civilis et criminales fieri Rca ij

Dominus Vicarius eiusque iudex et singuli alij sui officiales teneantur
et debeant stare in logia nova Comunis predicti sita ante palatium ipsius
Comunis iuxta domum filiorum Masii Bonacursij et ibi ad iuratam

ciuilia et criminalia reddenda et ad omnes alios actus iudiciales
faciendos et si alibi fierent actus ciuiles non ualeat ullo modo

mulieris recipiatur in ecclesia uel alio honesto loco vide Cap. 35.

exceptis honestis mulieribus uxoribus bonorum uirorum que
possit audiri et recipi in aliqua ecclesia uel honesto loco
et quod sit in publicis locis uel aliis et quod ualeat ac si factum
esset ad banchum iuris ibi compositis exceptis et conditionibus
et absolutionibus que fieri et dari ualeat in palatio
comunis predicti per dictum Vicarium et officiales ipsius Volumus
Preterea quod dominus Vicarius seu eius iudex et alii officiales semper

Iudex teneatur stare ad banchum post sonum campane et quanto tempore debeat stare ad banchum

hora qua uoluerit uenire ad dictum banchum iuris teneatur per
spatium condecens pulsari facere campanellam que est in campanile
palatii dicti comunis et ipsa campanella pulsata dominus Vicarius
seu iudex et alii officiales uadat ad banchum et stare debeat
ad ipsum banchum postquam ad ipsum iuerit de mane usque ad tertiam, et de
sero usque ad uesperas uel plus si ei uidebitur et placebit in quadragesima
uero, et in ieiuniis diebus in diebus ab ecclesia, ne non teneatur
nisi semel in die ad ipsum banchum scilicet ante tertiam de mane
et ante tertiam intelligatur de singulis actis esse fiendis ad ipsum
uerum banchum donec ad ipsum banchum iudex steterit ad ius reddendum
et si ante uesperas intelligatur de sero et in quatragesima
ante nonas Volumus etiam quod dominus Vicarius et eius iudex possit

Iudex possit interponere decreta ubilibet in palatio

in quocumque loco palatii interponere auctoritatem et decreta et licentias
super quibuscumque contractibus

Quod iudex comunis predicti teneatur cognoscere omnes causas ciuiles et criminales Rubrica iij

In criminibus de similibus ad similia lacius imperiales in decreto ordinis

non ualet sententia lata per predictum sine consilio iudicis

Dominus Vicarius uel eius iudex comunis saxi teneatur et debeat cognoscere
omnes causas ciuiles et criminales seruata forma in
criminalibus et sententiandi et condemnandi et absoluendi dominus Vicarius
in forma statuti, ita quod ubi clare statutum de ipso maleficio,

Nota quod extranei in maleficijs non possit comicti

non tractet de similibus ad similia vel quasi simile procedat.
si vero non sunt statuta similia secundum iura comunia procedatur
semper cum consilio iudicis supradicti, si dominus Vicarius iudicium fuerit
sine cuius consilio aliquem condemnare non sit et si fierent non valeant
debeat iudex ipse adesse omnibus ac testium attestationibus interesse
ex aperto quod si iudex ipse non valens ipsis actibus debeat adesse
de partium voluntate, Examinatione testium quos produceret
partes uni notario comictere possit de quo dicte partes concor-
daverint seu concordes fuerint, et dictus notarius possit dictos
testes examinare et recipere in absentia iudicis ut pla-
cuerit eidem et quod ipsum notarius factum fuerit receptionem et
examinationem testium plenam habeat firmitatem, Statuimus.
Insuper et presenti lege firmamus quod nullus dictus vicarius
vel aliquem officialem dicte comunitatis [illegible] fiendi testimonium
vel alia occasione qualibet cogi debeat seu aliquid detineri
ultra unum diem pro aliqua causa civili vel criminali

Nota de voluntate partium potest examinari testis absente iudice

nec et tormentari pro aliquo maleficio de quo possit im-
poni pena minor xxv librarum ad penam xxv librarum de suo
salario, Et quod iudex ipse possit comictere iuramenta testium
et receptione et alia iuramenta de consensu partium uni ex
notarijs banchi qui tempore comissionis non fuerit allegatus
pro suspecto et valeat ac si fuisset presens iudex et pars,
et si partes non essent in concordia de notario vel notarijs
eligendi ipse iudex examinare teneatur sub pena xxv
librarum, Volumus preterea quod non liceat ipsi domino Vicario
vel iudici aliquid percipere vel lucrare durante suo officio
ratione compromissi in eum facti vel fiendi [illegible] alicuius
assertione, a comuni facto vel partibus [illegible] ultra
salarium sibi decretum pro sua administratione officij vinculo
iuramenti et pena centum librarum denariorum auferendarum tempore
sindicatus

nemo pot detineri a curia nisi causa detemp̃e expresserit

Item dicimus et firmamus quod si aliquis castillanus terre sexti per dictum Vicarium vel aliquem officialem aut quemvis officialem dicti comunis predicti detineri non possit nec sibi aliquid precipi quod maneat in palatio dicti comunis sive quod inde non discedat nisi causam detentionis et precepti expresserit, qui castillanus si clare potuerit voluerit et dederit fideiussores idoneos eo effectu vel ipsos fideiussores, et fideiussores obtulerit et quod non

nemo potest detineri si fideiuss. prestiterit

steterit quod fideiussores et fideiussores prestiterit et prestet detineri in dicto palatio ut premictitur vel modo alio predicto non possit et si contrafactum fuerit non valeat ullo modo sed ac etiam presens capitulo sit irritum et nullius efficacie et valoris sed tunc illud quod contra ipsum castillanum factum fuerit, Vicarius sive alius officialis qui contrafecerit in xxv libr. den. pene nomine condempnetur exceptis causis in quibus pena corporalis imponi deberet in quibus predicta non prevendicet sibi locum

De testibus ad defensa R. a iiij

De testibus in criminibus quae esse possit vide constitutionem l.o 4 c.o 8. sed an minor sit idoneus vide Lanfranc. q. 17. et infra R.a 81
Testes possunt esse foeminae minores 20 annis dummodo maiores 14 quemvis tit. prohib.

Presenti statuto firmamus quod in quibuscumque causis criminal. quod ad defensionem tunc aliquis officialis comunis sexti fecerat examinare non possit aliquem testem in palatio comunis predicti nec alibi nisi in logia nova comunis ante palatium ubi iura redduntur nec ipsi testes pro ferendo testimonio in causis predictis ire ad dictum palatium compellantur, non possit etiam postquam in dicta loggia reposuerit eorum dicta nisi in logia predicta predicti detineri per unum diem, Item dicimus quod testes qui ad defensionem

Testis post testimonium per unum diem in logia pot. decin.

producuntur in aliqua huiusmodi causa examinentur per iudicem et alios officiales comunis predicti in presentia notarii refrom vel alicuius ex notariis expertis de banchis qui prostiterunt

tempore fuerit qui not. scribat attestationes ipsorum quequidem fiant similiter in loco ubi supra reddi debent. Si quis vero officialis contrafecerit pena centum librarum incurrat, Dicimus

Vide te(?) ad defen. in c. 9. — Preterea quod non obstant. aliquo termino quod per officialem daretur alicui reo ad suam defensionem faciendam ipse reus possit suas defensiones iuris et facti proponere et probare donec ipse processus fuerit publicatus et per tres dies post, et etiam bene per officiales procederet in prolatione recipien[di] possint etiam audientes recipi ad testimonium in dicto loco vel in alio loco honesto extra palatium dicti comunis et eorum testimonium scribant et teneant,

Dilationes dant. in criminalibus et nulle dilatio impediment[is] [illegible] c. 4.

nota testes in civilibus et super fama examinandi ... fama pub. precedere in princip. c. 18. nota et quod lapsus [illegible] ... debet recipi ad bancum iuris ita [illegible] ... c. 132 in [illegible] ... dari ad defensionem admictitur ... defensio ... procedunt

unde [illegible] ... sindico [illegible] ... c. 55

Vide in 3. lib. c. 88. quod nullo homine [illegible] ... testium ... tempore [illegible]

De non tormentando aliquem nisi in certis casibus Rubrica v.

Vicarius vel alius officialis non possit aliquem vel aliquos tormentare nec in questione ponere vel poni facere in casibus, ubi pena malefitii vel maleficiorum esset minor viginti quinque libris, et abinde supra possit si legitime presumptiones precesserint, et inditia et publicato processu et dato termino ad allegandum et defendendum et si probatum non fuerit legitime inditium, Vicarius vel iudex nec aliquis officialis vel familiaris ipsius non debeat quod tormenta, nec aliquo alio modo ad dictum maleficium confiteri faciendum procedere et si contra fecerit perdat de suo salario L. libras et deveniat in comun[e];

Teneatur autem Vicar. et iudex inditia probata et probanda examinare publice, antequam ad tormenta et questiones procedat, et allegationes audire sub pena superius declarata, Et confessio aliter facta nullius valoris existat, Non possit autem regimen cogere aliquem antequam fiat condenatio ad dandum vel mittendum aliquid in manibus camerarii comunis vel alterius

Vide ... [illegible]

personi nec ad confines mittere vel carcerare vel alio modo
detinere seu detineri facere accusatum vel denuntiatum contra
forma prefati statuti nisi esset condt. vel infamat. de tali crimine
de quo si probet. ex forma alicuius statuti deberet in persona
puniri vel et si fideiussores non daret sufficientes post exqui
sationem propositam, vel ante pro pecunia pena tamen ei semper
credatur et obtet. sacramento tormentati cum probatione publice
fame probate per quatuor testes idoneos, de tormento quoque
tormentatus, si quando Vrã vel sui officiales contrafecer-
int in predictis vel aliquo predictorum perdat de suo salario
xxv. libr. den. cuius medietas sit pertinentis vicariam
et alia sit comunis, cancell. dicti comunis teneat et debeat
de ipsorum salario retinere quantitatem superius expressam si
contrafecerit de quo quidem statuto vel alio penes eum eo
contento non possit peti absolutio neque dari

Quod nullus surgat de loco suo si rumor vel rixa aliqua fuerit in consilio Rca. vi.

Si rumor vel rixa aliqua fuerit in consilio speciali vel generali
vel etiam in parlamento nullus de loco ubi fuerit in eventus
surgere debeat exceptis officialibus quibus ex licentia regiminis
pro bono operando surgere debeat, et liceat, qui vero post inhi-
bitionem regiminis surgeret in consilio vel parlamento dum
rumor vel rixa esset solvat comuni pro banno centum lib. den.

De non condennando aliquem nisi in consilio et in presentia priorum Rca. vij. a

Regimen non possit aliquem condennari nisi in consilio
banito

in quo debeat interesse priores qui tenean(tur) saltem duo ex eis
accedere requisiti, et octo hominibus dicte terre vel saltem duodecim
hominibus, et si condenatio aliter fieret cadat ipse Vicarius in pen(am) xxv libr.
Questiones quoque omnes in aliarum de quibus cognouerit per accusationem
vel inquisitionem infra sexaginta dies a die accusationis recepte exhibite et
habite denuntiationis vel inquisitionis incepte debeat terminari

Terminum ad expedien(das) questiones

In processibus inchoatis per precessores non terminatis incipiat
dictum tempus currere a die introitus ipsius successoris condemn(ando)
vel absoluendo sub pena quinque librarum pro quolibet processu
in quibus contraindicatur dictum tempus ad petitionem cuiuslibet
postulantis vel denunciantis condenetur cuius condenationis
dimidia fiat denuntiatori, quod si dictum Regimen siue Iudex
non terminauerit questiones maleficiorum infra sexaginta
dies condenando vel absoluendo incidat in dictam penam et nihil
ipse vel successor eius teneatur ad ulteriora procedere et condemnare
vel absoluere

De iure comuni cause criminales debent biennio terminari C. de iudiciis l. properandum in principio et glossa ibi de causis vero

De citatis in iudicio super accusis et inquisitione

Rubrica vij

Vt Vicario et iudici honor debitus referatur a suis subditis
et ut subditorum inobedientia non remaneant impunita
Statuimus et ordinamus quod si quis denunciatus vel accusatus
siue inquisitus semel pro(missus) vel bis ad domum in qua cum sua familia
consueuerat habitare in terra sancti Ex(uperii?) vel eius districtu fuerit requisitus
cum cedula continente in se tenore maleficij in eff(ectu) etiam
siue loco et tempore subscripta manu notarij maleficiorum que cedula
debeat per bericulum personaliter vel ad domum sue solite habitationis
dari vel dimitti in presentia unius testis si habere poterit

Vide Angelum ibi idem tenet

uel asportare pignus debeat de rebus ipsius sub pena baiulo contrafacienti centum solidorum den: quod si accusatus uel inquisitus non habuerit domum uel habitationem in terra Saxi uel eius districtu citetur bis sono tube in platea comunis, et si in termino sibi dato, et assignato per baiulum seu tubatorem in persona uel ad domum aut in platea ut dictum est non comparuerit Vicarius uel eius iudex possit postea facere exbaniri uoce preconis faciendo in ipso exbanimento certum terminum ad minus quinque dierum assignari infra quem terminum si exbanitus non comparuerit per se uel idoneum responsalem seu legiptimum procuratorem habeatur pro confesso, et conuicto, Et extunc contra ipsum tamquam contra contumacem confessum et conuictum sententia proferatur, Et similiter quod si talis exbanitus comparuerit quandocumque ante sententiam maleficium de quo proceditur, contra eum sine aliqua exceptione confiteri noluerit, et idoneos fideiussores donec admictatur ad confitendum cum beneficijs statutorum non obstante exbanimento predicto. Si uero contra aliquem forensem de terra longinqua a xx milliaribus infra procedi contigerit per accusationem, denunciationem uel inquisitionem super aliquo maleficio uel excessu Regimen teneatur et debeat per suas licteras notificare Rectori seu officialibus terre de qua est forensis contra quem procedi contigerit, et in ipsis licteris narrare qualiter contra talem sue iurisdictioni procedit, et causam quare proceditur contra eum et terminum assignari competentem infra quem comparere debeat ad se excusandum ab accusatione

Procur in maleficijs admictitur vide cap. 97 fol. 260

Post bannitus elapso termino audietur uolens purgari more ut tenet cap: const. 63. 96, 14, 254

quandocumque admictitur ad confitendum sententiam vide Angel. carte 47

forenseis

seu denuntiationi seu inquisitione contra eum formata seu facta et si in termino in dictis tribus contentis comparere neglexerit tunc contra ipsum tamquam contra convictum et contumacem ad ulteriora procedatur et talis notificatio loco citationibus legitime habeatur, quia et quae dicta notificatio expensis accusatoris cum facultate procedi contigerit, si vero per inquisitionem procedatur expensis communis modo supradicto notificati fieri debeat

De modo et forma procedendi super maleficijs per accusationem vel inquisitionem Cap. ix

quando possit procedi per inquisitionem vide ad car. 21 v.ta 33, vide et const. l.o 4 c.o 41 et in additis domini Gabrielli c.o 3 car. 87

Ordinamus quod dominus Vic. d. Terre possit per inquisitionem procedere contra quoscunque delinquentes de omnibus et singulis maleficijs, exceptis Adulterio stupro, et incestu, in quibus casibus procedatur ad accusationem vel denuntiationem mariti vel proximioribus consanguinei mulieris excepto verbo iniurioso contra aliquem prolato in presentia Vicarij dicti fret nisi de ipsis verbis esset maior pena quatraginta solidorum et ...

qui admictantur ad accusandum pro alijs

Volumus insuper quod nemo admictatur ad accusandum vel denuntiandum aliquem de aliquo maleficio in persona alterius comisso, nisi pater pro filio, filius pro patre, viro pro uxore, et uxore pro viro, Intercurator vel actor seu sindicus, pro iniuria facta minori seu Collegio pro damno dato in bonis et rebus ipsorum, et voce viduae seu persone alie debiles seu infirme per procuratorem valeat accusare preterea per persone que fuerint absentes a Terra sa... et eius districtu dannum dantibus in bonis et rebus ipsarum personarum sic absentium per procuratorem etiam possit et valeat accusare

procurator in danis datis domini debilibus pateretur viduae et infirmis vide infra l.o V de damnis datis Gabrielli

et ipsi possint habere procur.es prosequi accusationes
Volum. insuper et firmamus q accusati denunciati et
inquisiti licitum sit in primo ter.o sibi ad defensionem
datis omnes suas exceptiones proponere et eas postea probare
non obstan. q ante excusationem propositae non fuerint
immo ualeant et teneant ac si ante excusationem proposite — Terh. ad defensa vide in T. 84 codem
fuissent, Terminus datus accusat. denunciat. seu inquisit.
alicui ad defensionem semper sit ad minus trium dierum
et non minor.

De iuramento prestando super accusis Rca

Si quis denunciaverit uel accusaverit aliquem uel aliquos coram
Regimine d. Terre iuret ptr. accusationem seu denunciationes
ipam ueram esse, et non calumniosam et q ipam animo calumnie
non proponit et prestet fideiussionem de prosequendo accusationem — vide in T. 12 et T. 13
et denunciationem, et soluendo penam si non probauerit accusationem
et hoc locum non habeat in dannis datis, et accusatus uel denuntiatus
super accusatione citetur uel requiratur sm formam Statuti

De concordia facienda super quibusdam malefiiijs R. xi

Si de aliquo malefitio in Terra sax. uel suo distri. otu comiss.
parte sant iniurians cu iurato in terr.: concordauerit infra
quindecim dies amputandos à die qua facta fuerit prima
citatio ad excusandum, et pub.m ipius concordie protuleperit
instrumentum infra dictum tempus coram regimine d. Terre dictus
Vicarius uel iudex et quilibet alius officialis teneat. et debeat me — beneficium pacis
dietatem pene qua soluere deberet pro ipso malefitio sm formam Statuti
dicti comunis diminuere eidem, exceptis homicidiis et quolibet alio
malefitio ex q.o sequi deberet personalis cond. in quo seu quibus
casibus concordia admitti non debeat, si quis uero accusatus
denunciatus uel inq. confessus fuerit malefitium in sua prima

beneficium confessionis

excusatione sua quo processum fuerit contra eum quarta pars pene con-
denationis fiende et pene imponende propter dicta confessione sibi
remictatur, Et nihilominus habeat beneficium medietatis residui propter
pacem si ipsam habuerit ut supra continetur, Quod si maleficium
negaverit et probatum fuerit semper condenetur in quarto plus
eius quod ex ipso maleficio per forma statutorum cond. deberet. Si
vero maleficium negaverit tunc benef.o pacis non gaudeat in eo
quod ipse negaverit, Et si contumax fuerit et demum comparuerit
et satisdederit de condemnatione solvenda beneficium concordie habeat
locum in medietate pene vel condenationis propter pacem.

de quarto plus pro contumacia

beneficium solventis infra tempus

Propterea Volumus quod beneficium concordie seu concordia alicui
contumaci admicti non debeat nisi primo satisdederit vel paratus
fuerit satisdare de condemnatione solvenda si prius fortasse satis-
datum non fuerit. Declaramus insuper quod si quis condenat.
in xxv libr: nec abinde infra suam condenatione solverit
camerario comunis vel massario infra decem dies a die sue com-
putandorum quinta pars sue condenationis remictatur eidem
et a viginti quinque supra solvente infra dictum tempus remictatur
quarta pars sue condenationis Exceptis semper casibus in quibus
per aliquod statutum remissio prohibetur

verum beneficium solventis infra tempus tollitur per appellationem dic quod iterum consulto libri c.o 21

De eo qui accusaverit aliquem et accusam non fuerit prosequutus R.ca xij.a

Siquis accusaverit aliquem, et accusam prosequendo non probaverit taliter quod ad condenationem procedi possit de quolibet malleficio condenetur in quarta parte pene in qua deberet accusatus condenari si probatum malleficium fuisset,

Accusator, et accusatus de iniuria Angelus in glo. nec non de querelis libro ij c. ii. et car. 121

Accusator in damnis datis non tenetur ad penam in casu non prosequutionis et probationis fuit c. xx°

Nunquid accusator actio non prosequenti tenetur accusationem cadat quod factum de quo ir...

et nihilominus dominus Vicarius possit per inquisitionem procedere non obstante quod in accusatione fuerit absolutus, et prosequentis accusatori non tollat precedentem inquisitionem si inquisitio probata fuerit exceptis accusationibus damnorum datorum, de quibus, non portantibus bannum aliquid minime probeatur. Accusationibus autem damnorum datorum usque ad finem processus renunciari possit solvendo accusator duos solidos pro quolibet accusato ... ponitur in c. 14, de eo qui cum ... fecerit die ...

De Hereticis et falsarijs et fide Catholica suspectis non morandis in terra sax... Rubrica xiij

Teneatur Regimen inquirere et inquiri facere diligenter ut heretici et falsarij et suspecti de fide catholica non morentur in terra sax... et eius districtu.

De eo qui Preceptis Domini Vicarij non obedierit Rubrica xiiij

Dominus Vicarius et eius iudex pro eorum preceptis obedire recusantes usque in viginti sol. mulctare de facto absque condemnatione possit et non ultra, et quilibet alius officialis in quinque sol. nec aliud precipere pro una causa facere possit nisi semel in die.

De eo qui secreta communis manifestaverit. R. xv

Quicunque secreta communis manifestaverit in detrimentum communis condemnetur in libris den. quinquaginta, et non possit alicui consilio interesse et intelligatur esse secretum si positum fuit iuramentum de secreto tenendo.

De eo qui sponsam receperit et adulterium comiserit. R. xvi.

Quicumque sponsam alterius publice desponsatam vel alterius filiam sine voluntate patris et matris simul habitantium vel et tutoris libere receperit vel desponsaverit in uxorem solvat com(munitati) pro banno centum libr. den. nec liceat sponsam alterius retinere invito marito et qui filiam alterius dicto modo acceperit illam patri suo, tutori huic restituat si quando per malitiam pater mater vel tutor destiterint talem maritum liceat ipsi mulieri se nuptui tradere cui placuerit, illi quoque in quorumque domibus desponsatio fieret aliqua contra formam predictam, et notarius qui fuerit in de... solvant pro quolibet in dicto communi bannum viginti quinque libr. den. Qui vero duxerit adulterium vel incestum cum nupta vidua vel virgine moniali vel quacumque muliere honesta et bone conditionis et fame commiserit vel per eam non steterit in centum libris den. condemnetur. in honesta vero ... commiserit vel per eam non steterit eadem pena puniatur ... predictis vel ipsorum altero non liceat accusare nisi propinquiori consanguineo vel eius viro, ... vicarius et eius officiales possint immo teneantur et debeant super predictis ... inquirere et delinquentes punire in penis supradictis nominantes ad denuntiationem eorumque viri et propinquioris consanguinei, et notarii

cui liceat mulieri invito patre se met ipsam nubere

De adulteriis et stupris cum coniugatis ... accusari nisi a propinquiori consanguineo ... lib. 4. c. 41

De eo qui in castro vel burgis venire fecerit guarnimentum. R. xvii.

Quicumque in castro vel burgis seu in iurisdictione terre ... venire fecerit guarnimentum ... sine licentia domini ... quod quidem guarnimentum de decem personis intelligatur et ab inde supra tam equitibus quam peditibus pena capitali puniatur quicumque fuerit in ipso guarnimento et super his possit ... vicarius et eius officiales inquiri et procedi,

L. 11.

De eo qui dixerit verba iniuriosa contra deum et sanctos R. xviii

Si quis contra Deum vel Beatissimam virginem mariam verba iniuriosa vel obprobriosa dixerit in curia comunis sax. solvat comuni pro banno xxv lib. den: ex vero d. curia medietatem dicti pene. Et si d. bannum solvere non potuerit ducatur cum uno hamo in lingua portam terram saxeti et fustigetur qui vero in dicta curia contra aliquem sancti verba iniuriosa vel obprobriosa dixerit solvat comuni pro banno decem lib. den. ex vero d. curia centum sol. et quilibet possit denunciare contrafacientem habiturus medietatem banni predicti et de predictis non possit peti absolutio neque dari. Vicarius quoque et sui officiales secrete ex suo officio eligant viginti bonos homines qui teneantur denunciare facientes contra predicta et bene legatur et sollicite et super predictis procedi possit per inquisitionem contra delinquentes ad probationem cuius debeat sufficiat dictum unius solius cum sacramento accusatoris vel denunciatoris de quo mentio pax aut concordia cum accusatore vel denunciatore non fiat nec fieri possit nec propterea bannum aliquod diminuatur et non fiat aliqua detractio vel remissio de predictis penis nisi per solutionem infra decem dies factam post condemnationem in forma statuti nomenque denunciatoris semper teneatur secretum.

De votis non faciendis R. xix

Banniatur publice in principio regiminis quod nullus audeat dicere neque votum facere per corpus et sanguinem dei vel per clavellos et per budella dei vel aliquid simile votum non facere et sic de Beata virgine maria et filio dei intelligatur contrafacientes vero qualibet vice et pro quolibet dicto solvant comuni pro banno viginti solidos den. et quilibet de predictis et quolibet predictorum sit licitum accusare habiturus medietatem banni cuius sacramento credatur cum probatione unius testis. Et vicarius et sui officiales possint inquirere et procedere contrafacientes ista et contra blasphemantes deum vel aliquem sanctum eius et dictam penam viginti solidorum de facto tunc stetim (?) solvi facere.

Contra blasphemantes vide contra in addit. bon. cum ibi in fol. 82

Vide seq. vel contra de inquisitione facienda in fol. 82

Iurans per corpus vel sanguinem dei

De homicidiarijs et eorum penis R. xx

Homicide et illi quorum dicto vel facto fuerit homicidium aliquod perpetratum si capti fuerint capite truncentur a spatulis puniantur, si vero capti non fuerint perpetuo sint de dicta terra et districtu exbanniti et ipsorum bona publicentur. comuni et si quo tempore in fortiam comunis pervenerint dicto modo capite puniantur. Si vero malefactor fuerit filius familias pater solvat partem dicti eius filio malefactori contingentem vel legiptimam de bonis et rebus paternis et si filius familias aliquod maleficium comiserit pater pro filio ad falcidiam teneatur. Si quis aut ad sui defensionem homicidium comiserit minime puniatur. Si quis aliquis castellanus dicte terre sancti in persona alicuius forensis homicidium comisserit solvat comuni probando centum libras denariorum tamen sine aliqua remissione vel diminutione, et non ultra et si aliquis castellanus offenderet aliquem forensem solvat illam penam quam solvere deberet si offenderet castellanum dummodo pena summam centum librarum non excedat. Si aut forensis forensem occiderit caput a spatulis sibi amputetur ita et taliter quod penitus moriatur et bona omnia si qua habuerit deveniant in comuni sancti. Regimen nec aliquis alius non possit in consilio proponere vel in aliquo parlamento quod homicida aliquis absolvatur vel rebanniatur et si contrafecerint perdat de suo salario centum libras, et quod propositum fuerit non valeat ullo modo, et nullus super his consulere possit. Dicimus preterea quod si quis forensis aliquem castellanum offenderit puniatur et condennetur in duplo eius quod puniri et condennari deberet castellanus si similem offensam fecisset quod si dictus forensis ex dicta offensione membrum aliquod debilitaverit et signum evidens et cicatrix esset remansura perpetuo in facie si condenatus, condenatione de eo facta non solverit camerario dicti comunis in decem dies a die late sententie vel facte condenationis elapsis dictis decem diebus quadruplum pene in qua dannatus fuerit solvere teneatur.

De furtis et robbarijs R. xxi

Si quis in terra sancti vel intus districtu furtum vel robbariam commisserit usque ad quantitatem quinque solidorum denariorum solvat

---

Nota illud statutum quod [illegible] locum si maleficium fiat inter [illegible] [illegible] de actis ad eam.

Et si filius familias [illegible] ad legiptimam [illegible] malefactore sed habere [illegible] statuti [illegible] filius [illegible] filijs [illegible] Johannis de [illegible] pro filio ad falcidiam tenetur, vide [illegible] 4. c. 8. [illegible] cap. iij [illegible] falcidia [illegible] legitima [illegible] in [illegible] de [illegible] quinimo alias cap. iij.

Forensis duplicatur pena vide in [illegible] finali

Adverte forensis et castellani [illegible] an valeat [illegible] in glo. et ibi caput a spatulis cap. [illegible]

[illegible] statuti alij [illegible] cap. 73. cap. 13

Vide [illegible] de homicidiarijs legiptima et falcidia [illegible]

Vide [illegible] de legiptimis

Qd si in ingressu non est apposita extimatio rei furatæ sapiunt st. penales car. 10. qd si diversæ extimationes apparent minor est attinenda, idem sentit respectu excedenti XX libras

comuni pro banno decem libras à XX solidos supra usque ad quatraginta solidorum, solvat comuni pro banno XXV libras à 40 sol. usque ad C libras solvat comuni pro banno L. libras, à decem libris supra puniatur in quatruplum extimationis rei furatæ. Et nihilominus fustigetur ferro saxi pro primo furto, Pro secundo vero furto fustigetur et bullетur, pro tertio vero furto suspendatur, et emendetur in duplo furtum vel robbariam damnum passo in quolibet casuum predictorum, quas quidem penas locum habere volumus in ablatione ~~pomarum~~ pomorum oleorum, uvarum, incisione lignorum ac etiam in damno dato in blado viridi de die in quibus casibus soliti statuta de damnis datis volumus observari. Dicimus tamen quod si quis de nocte poma ligna, uvas, et olera furaret solvat comuni pro banno centum solidos denariorum. Item statuimus et ordinamus quod si contingerent dicta mallificia vel alterum ipsorum et ipsorum occasione rumor insurgeret in contrada, et aliquis non traheret ad rumorem si rumor erit in loco ubi verisimiliter possit pervenire ad aures ipsius quilibet talis non trahens ad rumorem predictum solvat comuni pro banno centum solidos denariorum. Illi vero qui traxerit ad rumorem ad persequendum et capiendum malifactorem nihil solvere teneatur, ubi autem comitteretur ipsa malificia clandestine, ita quod rumor non insurgeret in contrada nullus de dictis familijs ad penam aliquam teneatur. Et si in casu furti de malifactore constiterit per pub. vocem et famam dictæ familiæ nihil solvere teneantur, Et idem dicimus tenendum in delictis incendij et guasti;

Furans de nocte poma ligna uvas, et olera penæ sunt centum solidorum

currere ad rumorem licet impune

Incendium et guastum Stante hoc statuto datur locus dispensatione facti extra terril. ingl. et ad hoc tollerare tractatum 138

33v

L. II.

De insultu cum armis et sine armis. C. xxvi.

Siquis cum armis ferreis contra aliquem de terra Saxi et eius districtu insultum fecerit si fuerit eques soluat com. pro banno xxv libr. si aut fuerit pedes soluat com. pro banno medietatem dicte pene. Si vero quis cum alijs armis insultum fecerit medietatem d. pene. Si vero sine armis quis insultum fecerit bannum sit de equite x libr. den. de pedite centum solidos den. Et insultus intelligatur quando aliquis contra aliquem accedit infuriose (?) procedendo de loco ad locum causa percutiendi, vel ad domum, vel ad possessionem propriam alterius vel conductam iniuriose accedat, quicquid autem insultatus vel ille cuius est domus fecerit, contra facientem intelligatur fecisse ad sui defensionem et dicta banna minime perticheat. Si aut minor quatuordecim annis commisserit aliquid predictorum soluat com. pro banno xx sol. den. Et insultantibus vel percutientibus aliquos, ad domum propriam vel conductam vel ad aliquam eorum possessionem vel ad ecclesiam aliquam aut cum eis aliquo mortuo ad ecclesiam vel in foro die sabbati pena et banna predicta duplicantur. Et quicquid fecerit insultatus contra insultum facientem ad sui defensionem fecisse intelligatur.

Qd sit insultus

Quando est in possessione propria vel domo quis facit contra insultum fecisse ad sui defensionem. Gandi. cap. 30 et lar. 21.

Ita pro sumptione est liquida probatio. Angel. cap. 226

de defensione quum contra insultantem

De duplicatione penarum vide dispositionem statuti lib. III. de homicidiarijs ubi pena duplicata fuerit

De Percussionibus cum armis. C. xxvij

Quicumque percusserit aliquem cum armis ferreis in capite a spatulis supra, et sanguis exiuerit soluat com. pro banno quinquaginta libras, si vero in facie sexaginta quinque libras, et sanguis non exiuerit medietatem dictarum penarum soluat. Quod si in faciem quis aliquem cum dictis armis percusserit

ita quod sanguis exiverit et ex ipsa percussione signum evi-
dens apparebit et cicatrix sit perpetuo remansura solvat
comuni pro banno centum libras. Si vero in alia parte corporis
quis aliquem percusserit cum dictis armis et sanguinis exi-
verit solvat communi pro banno xxv libr. Si autem sanguis
non exiverit solvat in medietate dicti banni, Si quis

cum baculis vel lapidibus

ex percussione quomodo cugillata debilitet seu inutile
faceret aliquod membrum, ita quod dictum membrum totaliter
perderet operationem suam bannum sit ducentarum
librarum, et si dictum membrum non perderet operationem
suam totaliter sed impediret sit pena centum librarum den.
et si dictum bannum non solverit infra decem dies a die facte
condemnationis vel post condemnationem postquam venerit in fortiam
comunis amputetur ei manus dextra ita quod a corpore
penitus separet. Si quis autem aliquem cum aliis armis
percusserit a spatulis supra et in spatulis cum sanguinis
effusione condemnetur communi in xxv libris den. Si vero sanguis
non exiverit in medietate pene condemnetur. Qui vero a
spatula infra aliquem percusserit cum dictis vel aliis
armis et sanguis exiverit solvat pro banno communi xv lib. den.
Si vero sanguis non exiverit medietatem dicte pene
solvere teneat. Si vero aliquis aliquem percusserit cum
Rochetto vel quadrelletto in qualibet earum predictorum
puniatur in duplo dictarum penarum. Si quando quis am-
putaverit seu amputari fecerit alicui aliquod membrum
eidem simile membrum amputetur. Iniuria vero, et

duplicat pene de nocte et in curia vide et in sequenti rubrica termini presentis libri,

Minor x annorum non tenetur ad penas in malefitijs [illegible] [illegible] in [illegible]

noctis tempore ubicumque dicti pene pecuniarie in casu quolibet predictorum dupplicentur. Minoribus vero annorum decem in singulis capitulis dicti statuti et in malefitijs personalibus ex quibus pene pecuniarie exiguntur nichil solvat [illegible] talium [illegible] dantis [illegible]. A decimo vero anno supra usque ad duodecimum solvant in dictis casibus [illegible] sold. eta. xij annis usque ad xiiij anno solvant quintam partem dictorum bannorum. Declaramus preterea quod pro percussionibus factis in facie ex quibus cicatrices essent fortasse perpetuo remansure possit et debeat iudicium medicorum [illegible] medicorum [illegible] [illegible] penarum [illegible]

Iudicium medicorum [illegible] in cicatrice [illegible] castigatio [illegible] propinqui

De percussionibus et scaminationibus manu vacua R.a xxiiij

Si quis cum manu, pugno vel calce iniuriose adminam fecerit solvat comuni pro banno quatraginta sold. den. Qui vero manu vacua vel pugno aliquem percusserit in facie puniatur in decem libris. in alia vero parte corporis a spatulis supra in centum solidis, a spatulis vero infra in tribus libris, et si sanguinis exiverit in quolibet predictorum casuum puniatur in duplo dicte quantitatis. Qui vero aliquem iniuriose impinxerit aut de loco suo removerit aut cum calce percusserit pena centum solidorum puniatur. Si vero aliquem ex impetu cadere fecerit vel decapillaverit in decem libris. Si vero ex impetu sanguis exiverit vel ex cassura puniatur ac si percusserit. Et talis qui aliquis ad sui defensionem aliquod predictorum commisserit minime puniatur

impingens et capiens capillos aliquem

Defensio

q minor i4 annorum inde infra / verberans minorem i4 annorum et moderate non tenetur ad penam / Vide supra in tabula in verbo corrunto q. licet alicui viridis castigare / Videat tractatum questionum dni Ber. Bivertij ar. 19 q. dicit ma. predictum non esse in ...totas

Si autem minor quatuordecim annis comiserit aliqua ex
predictis solvat cum probanno xx sol. tm, in casu quolibet
predictorum et si aliquis bono correctionis verberaverit
seu percusserit aliquem minorem quatuordecim annis
sit impunis, et dictis verberibus et percussionibus
moderate tamen illatis

De evaginatione armorum et de admenatione et lapidum proiectione R.ca xxv.

Si quis arme ferreum contra aliquem evaginaverit in centum solidis den. puniatur. Et si cum eis admenaverit contra aliquem sit pena decem librarum den., Et si proiecerit contra aliquem in xx libr. condenetur. Sed si tamen admenaverit contra aliquem cum dictis armis in vaginis in quinque libris condenetur, excepto quod si minor xiiij annis in predictis delinquerit solvat xx sol. tm pro bano. Si quis autem cum alijs armis contra aliquem admenaverit puniatur in medietate dictarum penarum. Si vero lapidem vel alia arma proiecerit, et non percusserit puniatur in quadraginta soldos den. Minor autem xiiij annos ut premissum est xx soldos den. tantum solvere teneatur.

q minor i4 annorum inde supra et infra ver. 54

De pena producentis falsos testes R.ca xxvi

Si quis sciens falsum testimonium vel fassum

Pena facientis falsum instrumentum, vide infra R.a 154 vide stat. cr. 18 et 172

An aut[em] mag[istratus] poterit relaxare fideiussorem in casibus predictis. Baldus dicit quod sic quando non dicitur non posse solvere quod dat fideiussorem. Videnes ... in glo: quasi si non solverit ... advertas

instrumentum contra aliquem produxerit in aliqua causa civili vel criminali in iudicio vel coram arbitris solvat pro banno centum libras, qui vero (ut predictum est) scienter fieri fecerit falsum testimonium vel falsum instrumentum pena simili puniatur et eadem pena pro[xime] dicta puniatur qui falsum fecerit instrumentum. Testis quoque qui falsum testimonium fecerit solvat comuni pro banno quinquaginta libr: den: et si dictum bannum solvere non potuerit infra decem dies a die late sententie computandos mittatur sibi unus hamus ad linguam et fustigetur per totam terram Lar[iani].

De facientibus et fieri facientibus falsam moneta[m] R.la CCvij

Qui vero falsam monetam scienter expendiderit vel aliam monetam tonserit a quinque solid: supr. usque ad X libras puniatur quolibet solido in XX solid. den. Si vero a X libris supra monetam ipsam expendiderit vel tonserit in quinquaginta libris puniatur, Quicumque vero fecerit vel fieri fecerit monetam falsam igne comburatur, ita et taliter quod penitus moriatur. Si vero is qui falsam monetam scienter expendiderit aut tonserit ut supra dictum est in quolibet dictorum casuum dictam penam pecuniariam solvere non curaverit in decem dies a die late sententie amputetur sibi manus dextra, ita et taliter quod a brachio separetur.

Qui expendiderit vel tonserit monetam alteram pena

De Privato Carcere R.la CCviij

Si quis fecerit alicui privatum carcerem sive aliquem detinuerit in privato carcere ultra unam diem solvat pro banno centum libras. Si vero minori tempore pro

qualibet hora centu solidos, et predicta non intelligatur in detentione furiosi. Si vero pred. vel aliquo predictorum quis fuerit causa faciendi vel causa carcerati redimendi pretio puniatur ita quod moriatur et super predictis regimen teneatur et debeat per inquisitione procedere.

De eo qui exbanitum tenuerit receptaverit R. xxix

Nullus castillanus et habitator terre Sax. et eius districtus recolligat vel in domo seu alibi teneat aut recipiat aliquem exbanitum seu contumacem terre Sax. qui aut contra fecerit, si fuerit exbanitus in pecunia a xxv libr. supra puniatur receptator vel dans cibum bibere vivere vel comedere in x lib. den. Nullus vero exbanitus d. comunis contumaciter condemnatus audiatur in civili vel crimin. in curia comunis Sax.

Vide constit. dni Gabriellis c. i. car. 83. vide Arsilum in institutione de iure naturali §. omnium aut iur. num. 8. car. 19

cond. contumaciter pro maleficio in civilibus neque in criminalibus non debet audiri

Siquis aut exbanitum d. comunis vel assassinum recepta verit, et talis exbanitus vel assassinus sit receptus damnum vel furtum alicui fecerit totum illud damnum receptans emendare teneatur in extimatione facienda per damnum passum facta primo probatione de re damnificata ablata seu furata, quod si receptans fuerit mortuus ante emendationem dani vel condemnationem quae contra eum fieri contigerit occasione receptationis pred. malefactores contumacia ad penas pred. minime teneatur. Si vero fuerit exbanitus in persona puniatur in L. libr. den. et nihilominus predicti receptatores pred. comunis vel eius officiales teneantur et debeant per inquisitionem procedere. Cuilibet preterea sit licitum denuntiare accusare contrafacientes, et habere debeat dimidiam condemnationis et bonorum.

Supradictis statutis an valeat vide Arsilum ubi supra de car. 308 libri de exceptionibus eo quod si aut exbaniti, et de pecuniis cons. 63. 65

quo modo debet opponi talis exceptio vide Arsilum car. 329, 343. 346. et 308. vide et sequentia c. et 12. et 53

36v

L.ii.

De non receptando aliquem forensem in districtu saxi ferrati. R[ubrica] XXX

Si quis aliquem forense in districtu sa[xi ferrati] ultra unam diem et unam noctem receptaverit, et dictus forensis sic receptatus commiserit al[iqu]od maleficium vel damnum dederit in terra vel districtu sax[i ferrati], idem ad tres dies puniatur receptator illa pena, qua puniri deberet malefactor sive damnum dans, Nulla in[super] persona sientur det alicui persone mali conditionis et fame vivere vel comedere vel alio modo personam ipsam recepit pena et banno XXV libr. den[ariorum].

Vide prediter v. et infra se. 33.

Quod nullus exbannitus pro proditione moretur in terra saxi ferrati. R[ubrica] XXXI

Nullus qui homicidium pro pecunia fecerit seu fieri fecerit aut et proditionem fecerit vel fieri fecerit, et nullus de dicta terra exbannitus pro homicidio commisso pro pecunia in terra sax[i ferrati] et eius districtu stare, et morari possit ultra unum diem et unam noctem post terminum si probationes legitime haberi poterint quod talis inventus sic habitans fecerit homicidium pro pecunia vel proditione pena centum librarum denariorum puniatur. Si vero aliquis post dictum tale terminum sienter aliquem forense talem tenuerit solvat pro banno pro qualibet die qua ipsum tenuerit centum solidos et hoc statutum teneatur banniatur.

De fractoribus carcerum R[ubrica] XXXII

Si quis carceratus in carceribus et dictos carceres ipsos fregerit si fuerit carceratus pro debito alicuius specialis persone

puniatur in x libris si aut(em) p(ro) qualibet cond(emnatio)ne pecuniaria
uel aliqua quantitate pecunie solven(da) cu(m) carceratus fuerit
condenet(ur) in duplo eius pro quo carceratus esset Et si quis
uero huiusmodi fractoribus auxilium uel fauore(m) dederit
si pro pecunia carcerat(us) fuerit puniat(ur) in ea pena
qua puniri debebat ipse fractor. Si uero carcerat(us)
esset pro pena puniat(ur) in L. libris Preterea
uolumus et firmamus q(uod) fractor dicti carceris semp(er)
habeat(ur) p(ro) confesso de eo delicto super quo p(ro)cedit(ur)
contra eu(m) et ea pena incurrat qui eidem sibi fractori
auxilium dederit qua debebat incurrere ipse
fractor

auxiliator. q(uod) fractione carceris p(ro)ut ipse sit confessus

De Verbis iniuriosis R(ubric)a. xxxiii

Si quis alicui uerba iniuriosa dixerit Vt
falsus proditor, cornutus, vaueglio(?) ... uel simile
puniatur in x lib. De aliis uero uerbis
iniuriosis liceat cui(que) sbanire quatragita soldos
den(ariorum): et de dictis uerbis iniuriosis ubi est pena
quatraginta soldor(um) non possit p(ro)cedere

de hoc uide s. r(ubric)a 9

Quod nullus improperet alicui de parte neq(ue) aliud
improperium R(ubric)a. xxxiiii

Nullus di Terrasan(e) uel aliunde m(od)o aliq(uo) nocet uel no
minare debeat aliquam partem mag(nam) ghelpha, et gabellinam
aut aliquem ex dicte partis noiare uel aliq(ui)d ex d(ict)a partium
p(ro)prius noiare dicere uel contendere in terra uel districtu

sac[ramen]ti. qui uero contrafecerit soluat coi pro banno
uice qualibet centum solidos, et quilibet possit delin-
quentes denuntiare et accusare et dicto accusatori
et denunciatori credatur cum probatione unius testis
affirmandi corporali iuramento. Preterea nullus q[ue]
terra sac[ramen]ti contra comune et pacificum statum
S. R. E. et dicti loci sac[ramen]ti et in eo gubernatores
audeat uel presumat tenere partem. qui uero
contrafecerit soluat coi pro banno uice qualibet
centum libras den. Quicumque alicui uel aliquibus
aliquod malum uel ignominiam dixerit uel mortem alicuius
sui consanguinei usque in 3m gradum uel alicuius
generationi sui sanguinis facte in persona patris, ipsius aui,
fratris uel filij ipsius uel adulterij [illegible] uel incesti
uxoris uel alicuius sui consang. usque ad d[ictu]m 3 gradum
uel etiam falsitatis improperauerit seu improperium
dederit soluat coi pro banno uice qualibet XXV libr.
Et de predictis cuilibet liceat accusare et habeat
dimidia condemnationis et banni.

De improperantibus mortem [illegible] uel adulterium uel et falsitatem [illegible] de seq. [illegible]

De improperijs falsitatis et falsi instrumenti

Rub. xxv

Quecumque persona dixerit alicui tu es falsus uel
falsitatem commisisti aut instrumentum uel scripturam falsam
fecisti et de falsitate probare non poterit in termino eidem
a iudice dicte terre assignando soluat comuni pro banno uice
qualibet uigintiquinque libras denar.

De improperijs falsitatis seu instrumenti [illegible] [illegible]

De prelio non faciendo. R. xxxvi

Nulla persona in terra saxi nec et in mercatali, subtus viam
novam seu aliquo alio loco faciat aliquod prelium qui vero contra
fecerit si fuerit minor xvi annorum solvat comuni pro banno x soldos
den. pro qualibet vice si fuerit vero maior xvi annis solvat
comuni pro banno centum soldos den. si erit minor xx annorum et si fuerit
xx annorum seu supra solvat comuni pro banno x libr. pro qualibet vice
et si ad predicta portaverit predicti vel aliquis eorum arma ferrea
ostendibilia in singulis casibus predictis dicta banna debeat duplicari
que possit exigi de facto, et sine solemnitate processus per dominum
Vicarium et eius officialis, et ad probandum pred. contra minores
xvi annis sufficiat relatio domini Vic. et contra minores xx
annis sufficiat probatio duorum testium ideoneorum de publica
fama et facientes et facientur prelium intelligatur omnes et
singuli existentes in dicto mercatali et alio loco ubi fuerit
prelium vel incirca

con portatura arme ferree in
quello intra castello, et burghe
giano vide Anglam de millis
in addit. in cart. 27

De non faciendo conventiculam vel societatem contra statum S. matris ecclie. R. xxxvij

Vide 1. c. lib. v. 17

Quicumque contra statum s.te Matris Ecclie et comuni saxi conventiculam seu con:
gregationem aliquam in aliquo loco fecerit conventicula seu congregatio ipsa
sit nulla et pro nulla habeatur quicumque fuerit capitaneus prior sive consul vel notarius vel huiusmodi
similis solvat comuni pro banno quingentas libr. den. et si solvere non poterit exbaniat
ex terra saxi et eius districtu et ad pristinam terram et eius districtum remanere
non possit nisi primo solverit dictum bannum et accusator habeat medietatem banni
Nulli quoque faciant confessionem de premittendis insimul in similibus vinam ... qui
vero contra fecerit si capitaneus Prior, consul, vel notarius vel alius huiusmodi similis
fuerit in quingentis lib. den. et quilibet alius in centum libris den. pene nomine
condemnetur cuius banni medietas sit comunis et alia medietas sit accusatoris
et Vicarius et eius officialis qui pro tempore fuerint in comuni predicto possint
et teneantur et debeant pingnora prendere ex dicto officio ad petitionem
cuiuslibet postulantis et si non fecerit sindicus comunis qui pro tempore fuerit in dictis
predictis possint et teneantur et debeant contra ipsos officiales procedere et ab ipsis sindicis
ipse dominus Vic. et officiales pena simili puniatur

ac.

De facientibus rumorem R. xxxviij

Currens ad rumore vide s. col. R.ª 21 et infra c. L:

Nullus de Terra Sax.ᵗⁱ et eius districtu rumore faciat per quem hominibus odium, rixam incurrat, qui aut rumore fecerit solvat co[mun]i pro banno centu[m] solidos qui vero rumori occurrerit nisi ad miti: gandu[m] et extinguendu[m] condenetur in 40 sol. Si quis vero de nocte ad custodia[m] vel inter custodis rumore vel rixa[m] fecerit vel iret ad exercitu[m] vel in congregatione famulo[rum] armator[um] ultra numeru[m] quinquaginta puniatur in duecentis libr: den[ariorum]

De eo qui officiales comunis corruperit R.ª xxxix

C.ª off[icia]les q[ui] corrumpit[ur] suffic[it] p[ro]batio unius testis cum iur[amen]to corrupti

Quicumq[ue] petierit aliq[uid] per se vel alium ab aliq[u]o officiali co[mun]is volens ip[su]m corrupere p[er] se vel aliu[m] pro aliqua questione vel causa qua fuerit in curia dicti co[mun]is q[ue] sine lesione d[i]c[t]i comunis vel specialis persone fieri non possit condenetur in x lib. de quo stetur assertioni huius officialium taceram[en]to et ipsius officialis assertio habeat pro plena et legi[ti]ma probatione et si officialis corruptela acceperit cond[enetu]r in xxv libris ad que p[ro]banda sufficiat probatio unius testis idonei cu[m] sacramento denunciantis, et cui si denunciator fuerit corruptor

Quod nullus dicat contra libertatem dicti co[mun]is. xl

Item statuim[us], et p[rese]nti statuto confirmam[us] q[uod] nulla persona co[ntra] libertatem qua dictu[m] co[mun]e habet mattia puniendi ac co[n]ficiendi, et ordinandi statuta in co[mun]i predicto aliq[ui]d de dictis causis vel ip[s]o[rum] altero audeat vel p[re]sumat attentare dicere vel operari, nec ip[su]m comune in aliq[u]o molestare nec et dicere vel opponere q[uod] dictu[m] comune mattiam, et mattia in iud.ᵗ suu[m] ex p[re]venire non possit statut[a] et ordinamentu[m] facere contra facientes vero p[er] se vel alium in predictis vel aliquo predictor[um] ut proditor dicti

comunis p(re)d(ic)ti puniatur et omia sua bona nihil(omin)us d(e)stuatur et comuni perpetuo applic(ent)ur

De eo qui in suo officio fraudem comisserit xli

Si quis officialis co(mun)is d(ic)te t(er)re in off(ici)o malitia(m) comiserit in fraude(m) removeatur ab officio et in quadruplu(m) eius q(uo)d fraudaverit co(mun)i p(ro) bano condenetur. Nullus d(ic)te terra et co(mun)is d(ic)te aliquos off(icia)les co(mun)is exercentes officium impediat vel molestet et qui contrafecerit in x libris vice qualibet pene no(mi)ne condenet(ur)

quadruplu(m) et de iuri co(mun)is ite(m) infra in libro de actis cap. 278 cu(m) impediat(ur) offi(cia)les vide i(n) col. R. 14

De eo qui uxorem alterius in domo sua tenuerit R. xlij

Nulli uxorem alterius liceat retinere nec cum ea in una domo habitare si fuerit suspicio q(uod) cum ea adulterium comictat q(uo)d quidem vicina fama pub(li)ca p(ro)b(a)r(i)t. qui aute(m) contrafecerit in 50 lib. condenet(ur). et eius contractus inter eos factus ip(s)o iure habeant p(ro) cassis irritis et non scriptis sed omi firmitate carentes et de his observandis p(otes)tas recipiat idonea(m) cautione(m) et approbationem q(uod) sit uxor sufficiat, sive ex aliquas dicere poterit q(uod) ipam mulieris tamq(uam) uxorem tenet vel p(er) aliquo temporis spatio tenuerit sup(er) quibus ad petitionem viri et uxoris usq(ue) ad tertium gradum inclusive Regimen inquirere teneatur et debeat dum(modo) nulla pena imponi possit ei qui uxore(m) alterius tenuerit in sua domo si fuerit pater vel consanguineus in 3° gradu inclusive,

De eo qui habet uxorem, et tenet concubinam Rica xliij

Quicumque habet uxorem et tenet concubinam vel in domo sua seu extra solvat vice pro bano x libras et vicarius et sui officiales hoc diligenter exquiri faciant ac et explorari per omnes contradas et si quos invenerit sive etc. ... appare bie faciat banniare concubinas ipsas

De pena ferentium arma Rica xliiij

terras ipsas et ipsarum terrarum personas [illegible] as realiter et
personaliter capere et detinere donec noster castellanus habe-
at de bonis mobilibus dicti forensis tradat ipsas res quibus
vicarius videbitur dicto castellano petenti modo predicto, Ad
hoc ut ipse castellanus petens teneatur et debeat defen-
dere castellanum habentem et solventem ab ipso forense
et ab omni molestia quam inferret forensis ipsi castellano
habenti de dictis bonis, et de eis tradenti ut dictum
est, omnibus suis expensis, Et si dictus castellanus ha-
bens de dictis bonis dicta de causa defendere noluerit
castellanus ipse sic defendens si habuerit mobilia dicti
forensis, deponat illud, si autem possessionem deponat
fructus ad mandatum et voluntatem domini Vicarij seu
Iudicis,

70v

De sententia lata contra forensem ad petitionem castillani Rubrica xxiiii

Si qua sententia fuerit lata contra aliquem forensem ad petitionem alicuius castillani sancti Superali quod debitum per partem seu iudicem dicti communis vel per aliquem alium iudicem arbitrum seu arbitratorem, et de bonis dicti forensis non inuenerit tenuta pro mensura talis debiti forensis contra dictam sententiam lata fuerit ad petitionem dicti castillani in palatio dicti communis possit constringatur donec dicto castillano tenutam assignauerit aut satisfecerit cum effectu. Et hoc locum habeat in preteritis, presentibus et futuris et potestas ea obseruare teneatur uinculo iuramenti et sub pena xxv libr. Volumus insuper quod si per aliquem castillanum summarie facta fuerit fides regimini de aliquo debito sibi per aliquem forensem debito et de bonis ipsius inuenirent in terra et districtu sancti regimen ad petitionem castillani predicti bona siue res ipsius forensis faciant sequestrari et detineri donec castillano fuerit integre satisfactum, et etiam quod ipso debito de quo iuramento castillani saltem fuerit fides facta possit et debeat ipse forensis etiam personaliter detineri ad petitionem cuiuslibet castillani donec satisfecerit cum effectu vel idonee satis dederit de parendo iuri cum fideiussore dicte terre sancti. Et insuper debitor qui iuramento fuerit suspectus ad petitionem sui creditoris possit personaliter detineri donec satisdederit de iudicio sisti, et iudicatum soluendo dummodo prius fiat per ipsum quolibet fides de debito et summarie sine iuris solemnitate

De suspectis et fugit. Vide d. lectionem: in c. quoniam quod ad cor. sect. formularum tit. Itenus si ad cor. quod et Sryls aretr de arbitr. B. Atto aut. Vide infra v. 19. de sequestris, bladi et ... sequestrati ones sunt prohibite in bladis ipse feniorget in preiudicat laborat. sed bene possunt fieri forensibus et suspectis

De tenuta data alicui castillano de bonis alicuius forensis Rubrica xxv

Si qua tenuta data fuerit alicui castellano alicuius frentis fine intra alicuius quantitatis vel debiti per Iudicem vel Regimen d. Terre aut aliquem Iudicem iurisdictionem habentem et dictus frentis fuerit regsibus ad recuperandum et vo... fortia dictis predicti Ptas seu Rector teneat ... xxv libras den. de suo salario dm frentis facere detineri in ... palatii donec de suis creditoribus satisfecerit cum effectu. Si vero de tenuta alicuius castellani pro aliquo debito data de aliquibus alicuius frentis lis seu questio moveretur ita quod ipse non posset quiete et pacifice possidere et libere uti et frui teneat. Ptas ad penam superius dictam de bonis ipsius debitoris si qua alia fuerint in nostro districtu ubicumque ille qui fuerit tenuta usus fuerit de ipsis bonis tantum facere consignari quod bene sufficiat pro satis= factione quantitatis debite damnorum et interesse, et expensarum factarum per creditorem predictum facta fide sumarie de predictis

Quod debita cautiones que steterint per xv annos peti non possunt R.ca xxvi.

Statuimus et ordinamus quod omnia instrumenta cautiones et contractus, et omnes alie scripture ex quibus quis aliqua quantitas sive res que consistunt in pondere numero vel mensura peti posset per quemcumque et ex quacumque causa si ... non fuerit in quindecim annos a die confecti instrumenti cautionis et contractus numerandum ab inde in antea peti non possit et supra ... nullus audiat. immo ipso iure ... Immo melius sunt ... ... habet ...

vide ... in ... de act ... 228. ... anoghre ...

Ibi ... ... de iure ... ... est ... ... dicit ... ... in ... de ... queste ... 96 ... actione ...

73

per lapsum supradicti temporis ab omni cadat actione et iure petendi exceptis in infrascriptis casibus [illegible] in instrumentis dotalibus instrumentis conditionalibus vel ad diem factis in instrumentis pupillorum tam ab ipsis quam ab eorum tutoribus vel eorum gestoribus confectis et hoc statutum banniatur

De Preceptis et sententijs executioni mandandis

Rca. xxvij

Snia sive laudum arbitraris debet exequi sicut per br. instrumentum vide T. r.ca 71. et in executione ipsorum solventi capitem solidorum ut T. de debitis confessis Afflictis cons. 42 vide T. in precedenti R.ca de preceptis

Regimen vel Judex comunis sax.ti teneatur executioni demandari omnes sententias pronuntiationes ac precepta in civilibus vel criminalibus a se vel suis predecessoribus factis, et contra precepta sponte recepta nullam exceptionem admittat nisi solutionis compensationis vel falsi nisi forsan steterit per xv annos statuto aliquo non obstante,

Rca. v. et si transiverit in iudicatum possit exequi et die feriata

Quod ~~non~~ nemo conveniatur ad penam si confiteatur sortem

Rca. xxviij

Nemo conveniatur ad penam si confitebitur sortem vel rem de qua lis sive questio mota fuerit seu quantitatem aut sortem debiti solverit vel etiam de ipsa restituenda vel solvenda ante litem contestatam [illegible] repperit in casu quolibet predictorum ubicumque esset et eundem [illegible] occurrerit et locum habeat in preteritis presentibus et futuris exceptis maleficijs et pactis laborerijs compromissis et obligationibus factis in quibus locum non habeat supradicta,

De instrumentis et rogitis authoritate iudicijs exemplandis

Rca. xxix

Instrumenta publica authenticis vel iudicijs exemplata pro authenticis habeantur et similiter de rogitis aliquorum notariorum mortuorum vel aliter impeditorum, et quod Judex vel potestas ipsis exemplis nisi lecta fuerint coram eis aut ipsorum altero suam authoritatem interponere non debeat, et non det licentiam exemplandi vel publicandi nisi citatis partibus contentis in ipsis contractibus aut is pro quibus

Quotiens instrumentum transumptatur debet citari partis habentes interesse et factum transumptatione cum duobus not. et teste debere citatos exhiberi et quod fuerit publicum de instrumento [illegible] Afflict. cons. 58,

seu contra quos facerent, et si alr facti reperirent non valeant ullo modo quae rogita possint exemplari et si non habeant subscriptionem et signum Notarij per Vicarium et duos Notarios seu adhibitus fuerit declaratum manu Notarij de quo asserit esse scriptum dictum rogitum, et alia fuerint solemnia quibus ut premittitur exemplatis adhibeatur plena fides ac si fuerint suprascriptione et signum Notarij.

De Actis Iudiciorum exemplandis Rubrica xxx

Acta Iudiciorum et arbitrorum ad perennem memoriam ut publicentur valeant et sint firma

Quod habentes rem comunem possit divisione petere Rubrica xxxi

Si quis habet vel fuerit rem comunem cum aliquo possit divisionem petere praescriptione temporis xxx annorum non obstante. Volumus insuper quod fratres in rebus paternis vel avi nullam praescriptionem opponere possit quin veniat ad divisionem, si quis autem rem vel rem vel hereditatem comunem esse negaverit et solum per instrumenta aut intentione porrecta sine alio iudicis strepitu legitime probatum fuerit rem ipsam vel hereditatem esse comunem amictatione ius quod haberet in re vel hereditate negata, et deveniat in divisione petenti, praescriptione alicuius temporis non obstante, dummodo ante litem contestatam semper interrogetur utrumque heredibus vel res sit comunis vel non et tunc ipsi interrogationi respondere cogatur. Et nihil qui negaverit per ea negatione puniatur in viginti solidis denariorum et applicetur comuni

Actio partitionis hereditatis et reivendicationis sunt perpetuae L. ij. c. de constit. pet. c. de pet. here. l. here in tractatu de praescriptionibus car. 13.

De ijs qui bona propria diviserunt Rubrica xxxij

Quecumque persona aliqua bona propria comunia et mobilia divisit

aut dividet et divisionem factam legitime probaverit per duos testes Vicarius vel eius iudex teneatur et debeat de tali divisione cartham seu instrumentum divisionis et quietationis plenarie fieri facere ad petitionem cuiuslibet postulantis, quod si in faciendo fieri predicta negligens fuerit perdat de eorum salario xxv libr. ravennates

De his qui habent muros comunes et de modo et forma edificandi super eis R.ca xxxiij

Quod muri com̄s possint in altum extolli

Siquis habet vel habuerit murum comunem cum aliquo in quo velit murare vel edificare vel in altum elevare murum ipsum sine requisitione alterius partis faciendo tamen fieri in ipso muro ghirlandam de lapidibus supra et infra tectum adherentis ipsi muro, Non liceat tamen alicui partium murum communem sine voluntate alterius partis ledere in aliquo vel guastare, contrafaciens vero solvat pro banno xxv libras Ravennates, et ad probationem muri devastati seu lesi sufficiat solummodo visio muro guastato vel leso a latere illius qui denunciatus accusatus extiterit de predictis, Et nihilominus cogatur pretera ad aptandum ipsum murum ad sensum partis. Pars autem que non expendiderit in murando murum seu supra murum communem in eo edificare non possit nec aliquid imictere vel facere, nec aliquam servitutem sive comoditatem in ipso habere nisi primo medietatem seu partem sibi contingentem de expensis factis in ipso muro per consortem qui ipsum murum fieri fecerit vel in ipso muraverit sive in altum elevaverit ipsi consorti satisfaciat integre cum effectu, et semper presumatur murus esse factus proprijs expensis illius qui murum altius elevaverit vel elevare fecerit, a tecto domus inferioris supra, Et liceat tamen cuilibet consortium muri com̄s in ipsum murum imictere ligna causa edificij faciendi vel aptandi etiam destruendo ipsum murum dum tamen ipsum reaptet suis expensis sine aliquo damno alicuius contrarij

De domibus extronatis R.ca xxxiiij

Quicumque castellanus terre sancti domum habens muratam cuius extronatus sit seu devastatus aut in statu cadendi; vel etiam domum non muratam, et ipsa domus vel murus vicinorum domibus

superessent, et in aliq. tempore comuni posset q reddere et aliqbus domibus vicinorum preiudicium aliquod gravamen ptas sive iudex dicti terre teneatur et debeat vinc.o iur.to precipere personis quarum interest domus ipsa, sive muris et nihilominus eas cogere ad reficiendum domum ipsam sive murum et tali reaptandum et ad bonum statum reducendum q non prestet tedium convicinis et familiis vel ipsorum domibus et q comune damnum reficiat illi vicino qui ipm dannum passus fuerit, facta tamen sibi prius denunciatione quod predicti quorum sunt ipse domus seu muri in x dies edificari i precept teneatur effectum demandare q si non fecerint solvant coi pro banno x lib. et cuilibet liceat eos accusare et denunciare et de predictis vic.e quisque vel iudex vinc.o iur.to teneatur predicta effectui demandare cuilibet postulanti

De creditore cui fuerit debita quantitas soluta. R.xxxv

Si quis habuerit creditorem cui debita quantitas fuerit soluta quam solutionem debitoris duos testes probaverit ptas et sui officiales in vinc.o iuramenti ad instantiam debitoris creditorem ipm ad faciendum quietationem dicto debitori cogere teneatur et predicta probatio pro cautione et quietatione legitima habeatur veluti ab ipso creditore quietatione haberet per publicum instrumentum de quantitate predicta soluta, et nihilominus creditor ipse ad predicta cogatur, et dicti quoque testes servare recipiantur. hij si quis dicti debitoris induxerit ad predicta satis det et creditor tale debitorem de solutione quantitatis conservare indemnem

De satisdationi prestanda a forensibus. R.xxxvi

Forensis et non solvens collectas non debet audiri nisi prestita fideiussione in civilibus vide Anglum in cap. vel sub cautione de silere in veniri q. possident. c. xxx. 27.

Si quis collectam non solvens in coi sax.ti in curia ipsius coïs castellanos sax.ti in civilibus vel criminalibus voluerit convenire aliquis castellanus predictum talem collectam non solventem occasione expensarum reficiendarum vel alia qualibet in curia dicti coïs reconvenire voluerit et fideiussionem ab ipso petierit de iudicio sisti, et iudicatum solvendo non cogatur aliquo modo ipse castellanus ipsi forensi vel collectas non solventi nisi prius satisdedicerit respondere

73v

l.iii.

De castillano compulso ad accusandum extra curiam et iuriditionem terre saxiferrati Rca. xxxvij

Siquis castillanus terre saxiferrati ab aliquo castillano ipsius terre in aliqua causa civili fuerit compulsus extra curiam et iuriditione dicte terre respondere in prima causa teneatur cõe terre predicte castillano sic compulso et convento omnes sumptus et expensas reficere nisi esset ex conventione vel pacto alicuius instrumenti extra ipam terram et eius districti solemniter celebrati. Et si potestas predicta non duxerit ad officium solvat coi pro banno x libras. Permictimus tamen et volumus quod castillani dicte terre qui habitant extra dicta terra et eius districtum possint a nostris castillanis in ipsa terra in qua habitant conveniri sine aliqua et banno pene statuti aliquo non obstante

De modo et forma receptandi novum castillanum Rca. xxxviij

Quicumque forensis civis seu comitatis facere voluerit se castillanum terre saxiferrati per castillano ipsius terre recipiatur et admictatur [illegible] aliquo statuto ad eius petitionem quacumque hora petierit et voluerit cum illo beneficio quod placuerit Dñi sax. et Priori et [illegible] sapientibus quos vocare voluerint ad predicta, quod beneficium habeat a cõi predicto et debeant [illegible] exemptionem que permictuntur. Qui receptus pro castill. cum exemptionibus et alijs beneficijs sibi concessis scribi debeant in libro libri [illegible] quod cancellarium cõis sax. Ad hoc ut deceptio vel negligentia in dampnum cõis non possit contingere; pena cancell. negligenti quod. x libr. quod [illegible]. Et siquis se fecerint castellanum, et pred. non [illegible] solvat cõi quod banno xxv libr. den. [illegible] aut non possit dictum castillanum recipere sine licentia consilij [illegible] et specialis [illegible] reperiretur non valeat ullo modo, cum aut castillanum [illegible] in terra

forensis qui pro castell. vult hre quae facere teneatur

uel in districtu sax. non habitauerit et promissa cum non seruauerit et alii castellani habeat pro castellano.

De rebus alteri comendatis R[ubric]a lxxviiij

Periculum rei date ad uendendum an sit dantis uel recipientis facit tit. de rebus [illegible] cap. 80 [illegible] cap. 62 tract. l[ibr]o i. ca. 63.

Si sartor uel alia persona cui pannus uel aliquid aliud ad reponendum datum uel datio fuerit uel et recomendatum seu recomendati ad reponendum data fuisse ad petitionem dantibus seu recomendantibus facta fide Regiminis instrumentum uel testes ad restitutionem panni uel alterius rei recomendate uel ad reponendum date sine strepitu et figura iudicii et omni iuris solemnitate obmissa realiter et personaliter constringatur sartor ipse aut persona cui datio uel recomendatio huiusmodi facta fuerit aliquo statuto contrario non obstante etc.

De cursu nouo et antiquo fluminum et fossatorum R[ubric]a

Si flumina Sentini, Marene, Sangueronis, Hesule, Giuati, et aliarum regularum et fossatorum districtus sax. aut ipsorum aliquod ceperit nouum cursum et antiquum reliquerit in toto uel in parte antiquus cursus quem reliquerit sit et remaneat illi cuius terram ceperit nouum cursum, Et quicumque ex parte lecti fluminis antiqui tenuerit non possit occupare uel pastinare cursum

Vide infra [illegible] 71 et in l[ibr]o 4 r[ubric]a 71 lib. v. [illegible] 17.

antiquam aeque. Qui vero contrafecerit vel apprehenderint vel pertinaciter fuerit puniatur ut in statuto de molestatione tenute continetur ad petitionem illius qui curtum novum habet per suum terrenum, et predicta locum habeant in preteritis presentibus et futuris.

Quod Potestas manu teneat et defendat castillanos molestatos ab aliqua comunitate vel universitate vel rebus (?) ...

Si aliqua persona alicuius universitatis seu communitatis vel etiam aliqua comunitas seu universitas aut castrum invaserint seu occupaverint vel etiam apprehenderint possessionem vel predium alicuius nostri castillani, aut ipsum nostrum castillanum unum vel plures manu tenere et conservare in sua possessione teneatur et debeat, et ad hoc predicta melius exequantur ut possessio sive res occupata sive invasa ad statum pristinum reducatur facilius ipse potestas teneatur ipsi castillano uni vel pluribus de possessionibus et rebus siquis in nostro districtu invasor sive occupator vel etiam molestator haberet vel aliquid de comunitate universitate in quibus res nostri castillani fuerint rapte, occupate, et invase vel etiam derobate, tenutam et possessionem dari facere in tantum quod sufficiat nostro castillano, et bene valeat res acceptas vel etiam derobatas aut molestatas et predicta teneatur potestas sine strepitu, et figura iudicii effectui demandare ad petitionem nostri castillani, dampnum seu iniuria passi sub pena xxv librarum denariorum de suo salario.

De instrumentis faciendis et recolligendis R.ca xLiij

Notarij de terra sax. et eius districtus teneantur et debeant facere omnes contractus de quibus rogati sunt infra unum mensem si ab eis requisiti fuerint quorum sunt, et qui ipsos confici seu fieri faciunt infra unum mensem recolligere, qui vero contrafecerit in non faciendo vel recolligendo solvat vice qualibet banno x solid. pro qualibet vice. Notarij teneantur et debeant omnes contractus longos mittere in quinternis eorum de quibus rogati sunt ad penam centum solidorum pro quolibet contrafacientem.

Notarij faciant scripturas de quibus rogati sunt R.ca xLiij

Notarius quilibet qui de aliqua scriptura fuerit ab aliquo castellano rogatus scripturam ipsam vel rogationem de qua rogatus est exhibeat ad petitionem illius a quo fuerit rogatus vel ad quod pertinuerit, recepta competenti solutione in forma publica tali petenti reddere teneatur et debeat si contrafecerit solvat vice qualibet banno x. solid. et quilibet delinquentem valeat accusare, si potestas quisque vel aliquis officialis impedimentum aliquod prestiterit in 10 libr. eorum pene nomine condemnetur et quilibet possit eos accusare et habeat medietatem

banni et hoc statutum non possit peti absolutionem dari.

Quod Notarij teneant penes se rogita de quibus rogati sunt. R.ca Liiij

Notarius nullus de sax.to vel de suo districtu faciat aliquam cartam publicam de qua rogitum non habeat penes se et rogita de quibus rogatus est vel fuerit teneat et debeat facere in quaterno et in eis ponere singula capta de quibus partes concordes fuerint, et si de ipsarum partium voluntate processerint legat ea, aut vulgariter partibus ipsis de verbo ad verbum.

Si vero not. negaret aliquem contractum se habere de quo fuerit rogatus vel de rogitis alicuius not. sibi commissis vel relictis, et postea ad sunt tales contractus penes ipsum reperti in xxv libr. den. proprietas pene nomine condemnetur et Potestas per sacramentum omni modo quo sibi videbitur teneatur veritatem inquirere de predictis, preterea omnes notarij teneantur et debeant rogita de quibus rogati sunt cuiuscumque conditionis existant scribere et ponere semper in libro suo proprio seu quaterno et in nullo alio libro seu quaterno. Qui vero contra fecerit solvat comuni pro banno xxv libr. et quilibet possit eum accusare et habeat medietatem banni, et hoc locum habeat in futuris.

Nota contra not. qui rogita neges.

Quod Notarij scribant in contractibus nomina et pronomina contrahentium R.ca Lv

Notarij de sax.to et eius districtu teneantur et debeant in

De notariis et testibus … vide … 41.

solliciti bus contractibus … et pronomina contrahentium tam patrem quam … contrada seu villam ubi sunt contrahentes et testes scribere diligenter. Quantitate autem pecunie non scribant brevibus literis immo longis et extensis et modo simili scribant et ponant annos domini, indictione et diem contrafaciens in xx sol. den. … quolibet …

+ contractus quoque et instrumenta … in … tabellis, et … sint fregisse mutilari … et …

Cassatio …

De instrumento alicuius invento cancellato Rubrica xlvi

Si aliquod instrumentum debiti alicuius inveniret penes debitorem vel eius heredes incisum vel cancellatum quod dotale non esset vel ad uxorem spectaret habentis habeatur et presumatur debitum illud esse solutum si tamen apparet in ipso cancellato per manum alicuius notarii vel ipsius creditoris ipsam cancellationem factam cum duobus testibus illis scriptis et hoc locum habeat in instrumentis feudis tamen nisi talis debitor creditoris fuisset administrator, si quis potestas vel eius iudex se intromiserit de predictis solvat de suo salario xx libr. Rav. et deveniat in comune …

De Grondariis Rubrica xlvij

Statuimus et ordinamus quod quecumque persona habens in terra vel burgis … domum vel casalinum sive habitationem aliquam que vel quod haberet grondariam comunem cum aliquo suo vicino seu propriam ipsius

vel dicti sui vicini que grondaria esset latitudine unius pedis ad
pedem co(mun)is vel minus liceat ei petere pro iusto pretio vendi me:
dietatem dicte grondarie pro edificando muro ad dicta comunione
et edificationem, Et si dicte partes se super iis non concordarent
infra octo dies de predictis pars petens comunionem predictam
notificet p(otesta)ti dicte terre sacti. et ipse P(otest)as teneat cogere dictas
partes infra tres dies proximos post vocationem eis sibi factam
de predictis ad opponendum et eligendum duos bonos et idoneos viros
quelibet dictarum partium unum ad determinandum et declarandum
pretium predictum dicte partis que magis vel tardet ad vendendum
pro comodo et utilitate dicte comunionis, Et etiam declaret si dictus
venditor habeat stillicidium sive aqueeductum aut necessarium in
habente usum in dictam grondariam vel in die quo petita fuerit
dictum emptorem comunio predicta, Et si constaret aliqua novitatem
factam esse in dicta grondaria sive muro dicti venditoris aut aliam
p(er)sonam post dictam diem novitas sit nullius valoris, Hec dicti
extimatores ponat in eorum extimatione sive declarationem dictam
novitatem et teneantur dare dicti boni viri in scriptis dicto
Vicario in octo dies dictas declarationes ad pena decem libr. denar.
pro quolibet eorum cuius pene medietas sit partis petentis dictam
comunionem si vero dicti declaratores non concordarent se infra
dictos
terminos

deputatas dictis extimatoribus et declaratoribus in termino
octo dierum post mandatum eis factum a dicto Vicario sub dicta pena
et sibi applicata dicto modo et notificato vicario dicta relatione
scripta debeant intra tres dies cogere dictas partes et hoc declarato
venditor faciat plenum ius emptori de dicta comunione terreni
et muri retento venditori quod emptor debeat colligere aquam
ex stillicidio sive aquarolo seu et ex necessario quecumque

quod esset scriptum vel scripta in dicta declaratione per dictos exti-
matores, ita quod dictus venditor habeat suum commodum de dictis rebus
et serveatur beneficio statuti quod loquitur de mero communi
cuilibet dictarum partium solvendum dictum pretium, ipse emptor
antiquo loco reddat ubi contractus dicte emptionis factus
esset et reservetur arbitrio Vicarij eo tempore existentis cui videbitur
fuerit expediri secundum iustitiam et equitatem et
omnia supradicta dictus Vicarius debeat executioni de-
mandare in uno mense computando a die quo supradictum
esset sibi notificatum ad vitandum tempore ad penam xxv libr.
den. de suo salario. Et hoc statutum locum habeat et plenum
robur et nullo modo possit tolli nec irritari per consilium
vel arrengum dicte terre sed [illegible] quod si fieret [illegible]
post omnia [illegible]

Quod quilibet creditor suo debitori restituat cartam soluti
debiti cancellatam. Rubrica. xviij

Quilibet creditor cartam debiti cancellatam suo debitori si sibi
fuerit de suo debito satisfactum reddere teneatur si ipsum
instrumentum habuerit de quo suo sacramento credatur et cartam
quietationis facere sui debitoris expensis ipsius debitoris
et si solus non esset qui instrumentum haberet satisdederit
sed plures, et unus solverit tamen solventi instrumentum
quietationis facere debeat ut est dictum, quod si creditor
facere noluerit solvat communi pro banno xx v solidorum. Si autem
si quo vero aliquis suspicaretur creditorem habere contra eum
aliqua instrumenta debitor petat sibi exhiberi dicens creditori
fore de debito satisfactum, Recusans creditor [illegible]

rogat ipsa instrumenta in certu terminu demostrare et si fuerit et apparuerit ipsi creditori solutione esse factam instrumenta ipsa debitori tradatur et fiat eidem debitori quietatio. Si aut creditor in term.no sibi dato instrumenta non induxerit contra debitorem ex quibus contra ipsum debitorem habet seu ea demostrare noluerit teneat. ipsi debitori ad sentu sapientis ipsius instrumenti quietationis facere seu fieri facere quando de eo tm q debitor se dixerit suspicari

De Rogitis seu scripturis alijs non faciendis ab his qui personatr rogi et detineri non possint R.ca xlix

Notarij forenses non possint se rogari de instrumentis hominum terre saxi inde ex s. R. 4.

Vt contrahentes di terra et districtu saxiferrati eorumque contractibus et iuribus per aliquos fraudari non possint et ut ad eorum contrahentium petitionem ipsorum contractus et rogita habeat facilius statuimus et ordinamus quod nulla persona de terra et districtu saxi seu et aliunde ibidem tm habitans audeat vel presumat de aliquo contractu rogitu aut alia scriptura rogare aliquam personam que non sit subiecta iurisditioni cois predicti rogi possit detineri non possit de ipsis contractibus rogitis seu scripturas alias faciendu scribendu publicandum et ab ea exigendum vel habendu contractus rogita seu scripturas ipsas ad petitione contrahentium et ad instandum dictis dni Ptis (?) seu officialis Qui vero contrafecerit tm contrahentes ipsique rogita seu scripturas ipsas fieri fecerit in xxv libr denarium qualibet puniatur Et ipsi contractus et rogita seu scripture aut

pntis statuti sint nullius efficacie vel valoris et salvo q(uod)
supradicti qui non sunt subiecti iurisditioni dicti comunis
donec satisdederit de xxv libr. den. sind°. cons° predicti
de observandis ea que observant notarij dicte terre
subiecti iurisditioni predicte tam in solutionibus quam in
scripturis et alijs circa premissa occurrentibus
et valeat quelibet persona eos de contractibus
rogitis et scripturis alijs rogare scribi facere
et publicare quemadmodum et sicut rogat notarios subiectos
iurisditioni prefate et scribi faciunt ac etiam
clericis privilegiatis instrumentorum publicorum conficiendi
de terra vel districtu sax. de taxate exceptis
in omnibus et singulis supradictis quibus liceat
auctoritate pntis statuti premissis nequaquam obstantibus
omnia et singula rogita testamenta et alia quecumque
scripture de quibus rogati fuerint per quoscumque homines
et personas de terra sax. et eius districtus possint
et valeant libere sumere et ea vel ipsas publicare
et in publica et authentica forma redigere ad peti-
tionem quorumlibet contrahentium eosdem clericos notarios
de ipsorum negotijs et contractibus quibuscumque impune rogare
et quod omnibus et singulis negotijs et contractibus quibuscumque
et ultimis voluntatibus et instrumentis alijsque scripturis
omnibus et singulis et publicis dictorum clericorum notariorum
detur et plena fides adhibeatur eadem [illegible] relatione
fiat et recipiat de scripturis eorum quemadmodum recipiat
alij notarij dicte terre aliis nequaquam.

Clerici notarij possint se rogare de omnibus rogitibus et valeant eorum rogita

Item possint se rogare de testamentis

Quod in examinationi testium non scribatur uera esse

Rta L.

Nullus officialis uel Not.s alius terre sax.e audeat uel p(re)sumat scribere in examinatione testiu(m) in aliqua causa ciuili uel criminali sup(er) aliq. uera esse sed dictum et rationem q(ua)z reddet testis ipsius dicti in longu(m) scribere teneat. et debeat, q(ui) non fecerit dictum testis non ualeat ullo modo, et nihil(omin)us Not.s scribens contra formam predictam in centu(m) solid. den: pene noie condenet:

De solutionibus actor(um) ciuilium uel aliar(um) scripturar(um).

Rta Li

Notarij stantis ad banchu(m) supra actis ciuilibus hoc modo salariu(m) et solutio(n)em accipiant de scripturis de comissione quatuor denarios de relatione ipsius citationis et de p(re)sentatione ipsius quatuor denarios de comissione banimeti sex denarios, de relatione ipsius bani quatuor denarios, de sententia introloeutoria usq. in xx solidos sex denarios abinde usq. ad quatragita solidos duodecim denarios De relatione tenute sex den: de p(ro)electione seu positione extimatorum et estimatione tenute duodeci den: et abinde sup(ra) duos solidos et non ultra, De adiudicatione ad insolutu(m) usq. in centu(m) solidis 18 denar; et abinde sup(ra) usq. in quantitate q(ui)nquagi(n)ta libr: duos solid: et sex den et abinde uero sup(ra) 3. solidos et non plus de petitione seu libello usq in quantitat. centu(m) solidor(um) nouem den: abinde supra xx den: determino ab utraq parte duos den: predicti productiona exceptionis pro qualibet 3. den: p(ro) (con)fessione in processu sex den: à centu(m) sol: sup(ra) abinde sup(ra) usq. in xxv libr. 9. den: abinde sup(ra) xij den: de (con)firmatione vi den: de contestatione litis seu ter(min)o dato ad probandu(m) ab utraq parte xx den: De citatione testiu(m) pro quolibet tris den: de iuramento ipsor(um) tris den: pro quolibet ipsor(um), et qualibet ~~articulo sex den:~~ De bano q(uo)d in terdu(m) datur, testibus contumacibus

sex den: de relatione dicti bani vi den: de positionibus et
responsionibus ipsarum pro qualibet tres den: De examinatione
testium pro quolibet et quolibet articulo sex denarios, et
publicatione et apertura testium sex denar. de conclusione
novem den: de sententia diffinitiva 28 den usque ad xxv libr.
abinde supra usque in quinquaginta libr: duos solidos et den. 62
den: abinde supra tres solidos de appellatione duos solidos
den: de part. sacramenti novem den: de ... tres den. de
absolutione sex den: de comissione sequestri ix den: pro qualibet
registro in quaterno sex den. de instrumento publico procurationis
... et actorie pro quolibet decem et octo den. de instrum.
inventarij quinque solidos den: de instrumento decem librarum
usque ad xxv libr. duos solidos, argenti a viginti quinque libr. s.
usque ad L. libr. duos solidos, et sex den: a quinquaginta usque
ad centum quinque solidos abinde supra sex solidos a decem libr.
supra decem octo den. de qualibet, de qualibet particula
testium quinque solidos, Et de scriptura et actis causarum totidem
accipiat ex quaternum quot accipiet in quaterno
et de omnibus scripturis supra expressis et de alijs quae
fortasse in presenti statuto limitatae seu declaratae non
essent solutionem maiorem vel minorem recipere debeat
prout et secundum quod debebit et placebit iudici qui fuerit cum
potestate pro tempore in dicta terra considerata industria
sufficientis scripturam qualitate et quantitate scripturae
ac et laboris sui, de simili ad simile procedendo, teneatur
quoque notarij ipsi stantes ad bancum omnia quae indacentur

Merces notarij debet taxari per eundem et iudex dicat per notarium ut habetur de ...scripturis ij.° cap. 12.

registrare et si cabellarius supradeprediciis supra specifi-
catis contra formam predictam solutionem acceperit solvat
contrafacientis et probano xx solidos ravennatis,

Quod acta civilia scribantur per Notarium de
banca Rca. Liij

Acta civilia iudicialia et contentiosa scribantur per notarios ad
bancum civilium durante ipsorum officio, quorum officio finito
predicta acta civilia scribere non possint et si scriberet ipsa
fidem non faciant sed successive acta fienda finito ipsorum
officio scribantur p(er) alios eorum successores, et si post finem officij
quorum notariorum de banca semper debeat observari, nisi
de partium consensu restitutae

Not. quod tit. respecti de nimia mercede exigenda not.

De uno et alio not. qui causas incipit ipse debet finire ut ... l. Consfrancus c. quoniam ... car. ...

Notarij sunt ... de actis civilibus ... in pena ... vide capitula ...

De Iudicibus et notarijs cogendis advocationem et procurationem facere et de salarijs eorum Rca. Liij

Quilibet iudex et advocatus ac notarius de terra sancti ... eius districtus
qui petitus fuerit ab aliqua persona in advocatione vel procuratione
in aliqua causa civili vel criminali teneatur et debeat patro-
cinium vel ad procuram aut procuratione prestare et ad
petitionem cuiuslibet petentis pena quinque solidorum pro quolibet
et si advocationem vel procurationem huiusmodi suscipere et
facere recusaverit Potestas vel eius iudex eos ad predicta vinculo
iuramenti penitus cogere teneatur et accipiat, Iudices et advocat
ipsi de advocationibus quas facient salarium et mercedem hoc modo videlicet
Pro qualibet libra eius de qua fuerit questio usque ad quantitatem
xxv librarum duodecim denariorum, ab inde vero supra duos
solidos ... carta 93. Ibi tamen ... ... ordinaria

regula ... ... de uno a principio sed postquam acceptaverit bene cogitur vide in vi car. 40 ... ... not. ... debet ... ... not. f. 6. et 12

Nota salarium Advocatorum et procuratorum ... Accipiens plus vide pen. ... addit ... in const. c. 17. car. 93 pena ... vide de mercede debita ... et advocati ... in ... addiciones

solidos deni accipere debeant et non ultra. Notarii vero pro procurationibus quas facient salarium et mercedem recipiat pro qualibet libra eius de quo fuerit questio usque ad quantitatem xxv libr. sex den. abinde vero supra aa den. accipere debeat, et non ultra, qui vero contra facere tam iudex quam Notarius in viginti solidos rationabiliter vice qualibet penitentis, et id plus quod acceperit pro regimen restituere cogatur, si quoque lis vel questio non fuerit terminata vel conducta usque ad sententiam advocatus et procurator sequitur de ipsorum labore arbitrio iudicis dicte terre non obstante promissione seu cautione recepta per ipsos aut eorum utroque eorum salario et mercede, volumus pro ea et firmamus quod iudices de dicta terra teneant, et debeant omnes scripturas pro omnibus diebus terre dictare et pertinere eorum patris fratris et filii simul habitantis facere celebrationem seu alia obsequia pro sua vita in loco

De sequestris bladi Rca. liiij

Si quod sequestrum de aliquo blado fiat vel factum esset ad petitionem alicuius non preiudicet viri laboratoris, immo potestas et eius iudex in octo dies postquam ei denunciatum fuerit non obstante dicto sequestro teneatur ipsi laboratori restitui facere eius partem vine iuramenti, et omni iuris solemnitate obmissa, et predicta locum habeant in preteritis presentibus et futuris statuto aliquo non obstante, Prohibemus insuper quod sequestri bladi non fiant tempore foriarum estatis messium collectis, tri[t]uratis, et solvendis, et pro omni

Marginal notes:

et nota quod patrocinius trac[tari] debet a nimeriti causa, quando vero limitibus vel iuribus de addi[tione] vide car. 2 et quando partes veniunt ad concordiam ante sententiam quantitas debeat, vide alias constitutiones pag. c° 12 car. 98.

Procur. non possunt patrocinari de quolibet vide in de c°. 13. car. 98 et alias bona constitutiones ad propositas Bagnacc... c°. 21 car. 113 vide in 6°. car. 66

Iudices I. res a pro cum omni familia eius sunt immunes a personalibus obsequiis

Vide s. Dag. de suspectis fugitivis

vide pag. sub forma sequestri, vide et singularia statuti Consetti car. 205

iure tangenti dicto coi aliq facta non ualeant q tn locum non habeant in forensibus, nec personis suspectis

De eo qui sodum aut quastrigliatam occupauerit R.ca Lv

Vide l. r.ca 19 de distinctionibus et terminationibus prediorum

Quicumq sodu aut quastrigliatam occupauerit alicuius ad petitionem illius cuius fuerint positi duo boni homines antiquiores de contrata ad desiniendu uel terminandu ipm sodu uel quastrigliata, et cuius fuerit facta terminatione restituat et dimittat et Ptas terminationi ipam teneatur fieri facere p predictos

Quod in conseruatione indemnitatis prescriptio temporis non currat R.ca Lvi

His qui cautionem aliquam de indemnitatis conseruatione debitis contractis et contrahendis cu quibuslibet personis que ab eis cautione receperit uel recipiet tempus non currat, nec preiudicari possit donec ab ipsis pro quibus cautionem indemnitatis fecerit fuerit conseruati indemnes

Quod castellani defendantur in re empta R.ca Lvii

Si quis castellanus uel forensis non sustinens onera dicti comunis aliquam uenditionem alicui castellano dicti cois, ipius cois onera sustinenti de aliqua re mobili uel imobili fecerit et sdicta re defendenda sic et sua bona obligauerit et emptori predicto fuerit lis briga uel molestia q.q. modo mota, ita q ipam rem sibi uenditam non possit quiete et pacifice possidere uel fructus ex ea recolligere, Ptas et sui officiales teneantur et debeant forensem debitorem uel castellanum onera dicti cois non sustinentem reali et personali ad uoluntate emptoris cogere p defensione rei predicte uendite secum tolleri uis nitu instrumento uenditionis et obligationis, et nihilominus Ptas ipe et sui officiales teneantur et debeant dicto emptori p emptione predicta et conseruatione indemnitatis ipsi dare et tradere et in possessionem mittere tenere de possessionibus et rebus dicti uenditoris

siquas huerit in terr.ᵒ saxᵗⁱ quantu tibi emptori bona sufficiat
p sorte et expensis dampnis et interesse ipius usq ad satisfactionem
condignam et fiat sindicus ad conservandum et emptorem predictum ipotheticam tenendum
emptorem predictum ipotheticam vel specialem ei dante promissionem
indemnitatis predicte ad petitionem emptoris.

Quod Ptas faciat satisfieri castellanis ad petitionem ~~iudicis~~ in cor decem capituli R. lviij

Omnibus castellanis saxᵗⁱ ubicumq ex terram et iurisditionem sax detinentis ad petitione
alicuius iudei ptas teneatur facere satisfieri ad ipsos iudeos vel ipsorum heredes
bonis si in terra vel districtu saxᵗⁱ invenerit de dannis que ipsi castellani
sustinuerint occasione predicta et premissa fieri faceret teneatur in x diebus postq
ei denunciatum fuerit vinculo iuris et sub pena centum librarum de suis salariis

De non soluendo nisi unum decimum R. lix

Quicumq solverit decimum pro possessionibus quas habet Ecc: seu Rectori
cuius ineius parrochia si sunt ipe possessiones sm usum et consuetudinem
contrade non teneatur pro ipsis possessionibus aliquod aliud decimum alicui
ultra solvere sibi ab aliquo inquietaretur occasione decimi solvendi pro
ipsis possessionibus in curia saxᵗⁱ facta fide humana de solutione decimi
cui semel soluti inquietans ipe minime audiatur, et ad alia curia
pterea citatus fuerit defendatur expensis cois vel in capto de is qui
vocatur ad aliam curiam continetur vel in iudeis sic et inquam
le una et eadem possessione plus q unum decimum persolvatur,

De conductoribus laboratorum ad Pretium R. cal x.

notaq p laboratoribus

Conductoris laboratores ad pretium quocumq modo de pretio quod ei convenerit
in supradicta diem postq ab ipsis conductoribus successerit satisfacere
teneatur et de ipso pretio seu eius parte sacramento laboratoris ad pre-
tium conducenti credatur usq ad quantitatem x solidorum fracenorum,

81v

L.iii.

Potestas et sui officiales teneatur et debeat vinc. iuramenti pro cogere et detinere ipsos conducentes ad satisfactione ipsorum laboratorum de ipso pretio seu de ipsius parte ut supradictum est omni iuris solemnitate omissa non obstante aliquo statuto predicto vel sequenti quod in contrarium loqueretur, nec eis conducentibus licentiare debeat nisi prius ipsi laboratores erunt integre satisfacti de sorte damnis et expensis,

Quod renouantes possessiones in emphiteosim concessae habeant notarium quem voluerint R.ca Lxi

Ad renouationem possessionum in emphiteosim concessarum ille sit notarius quem qui rem emphiteoticam accipiat voluerit,

Quod nullus forensis sit tutor vel curator minorum castillanorum R.ca Lxij

Ita et iuris est ut Angeli Tit. de alibi dicente R. sed hoc iure est q.

Nullus qui non fuerit castillanus et habitator terrae sax.ti et eius districtus possit esse tutor vel curator aut administrator aliquorum pupillorum castillanorum dicte terrae nisi fuerit ex testamento de iure datus

De circumstantibus vicinis ~~tractatibus~~ tractandis in sax.to quo tam ex forma alienis tractatur in terris eorum R.ca Lxiij

vide ... 23

Omnes et singule persone circumstantes convicine nostro territorio et districtui in solutionibus collectarum damnis datis et alijs malefitijs in terra predicta tractentur et contra eos procedatur ad petitionem cuiuslibet postulantis quod et sicut tractatur contra eos in terris unde sunt et esset predicti circumstantes vicini in similibus et sufficiat solum quod castillani nostri qui aliquam querimoniam exponerent de predictis aut aliquo predictorum dicat per sacramentum quod talis ordo et forma servatur in terra ipsius convicini et hoc statutum potestas et eius officiales teneatur et debeat vinc. iuramenti executioni mandare ad petitionem cuiuslibet postulantis et dictum est quia nostri castillani in confinibus castillibus et alij habentes possessiones in circumstantijs ipsorum confinium aut prope ipsos convicinos circumstantes, pro solutionibus collectarum, in damnis datis quottidie molestantur et gravantur indebite,

De acqua habenda in platea comunis R.a Lxiiij

Statuimus et ordinamus quod Potestas primo mense sui Regiminis bene iuramentum teneatur et debeat convocare Priores et sapientes vocandos per Vicarium et Priores et inter ipsos Priores et sapientes proponere de modo et forma habendi ad hoc ut aliqua vena acque conducatur in platea comunis et ut predicta cellerius et efficacius effectui demandetur prefati D. Vicarius et Priores et sapientes plenum et generale arbitrium obtineat vigore presentis Statuti expendendi omnem pecunie quantitatem de comuni solvenda qua ipsis videbitur declaranda ac si quantitas ipsa specificata foret per consilium auctoritatis

De Compromissis in iudice Potestatis non faciendis R.a Lxv

Strictius prohibemus ne aliqua persona de terra Saxiferrati vel eius districtu audeat vel presumat compromissum aliquod sub aliquo colore facere in iudicem domini Potestatis dicte terre qui sic est et qui pro tempore fuerit nec non et si compromissum aliquod fieret in aliquem vel aliquos alios arbitros et arbitratores non possint nec valeat sententiam vel arbitrium dare inter partes compromittentes de consilio iudicis supradicti ac et ipse iudex consilium aliquod dare ut exhibere non possit alicui super aliqua re de qua questio esset civilis vel criminalis vel esse speraret coram ipso iudice et si quod ex predictis vel aliquo predictorum fieri contigerit vel ex eis sequeretur non valeat nec teneat ullo modo sed auctoritate presentis statuti compromissum in predictis ut altero ipsorum sit cassum nullum irritum et nullius valoris et nihilominus iudex qui contrafecerit in predictis vel altero predictorum eo ipso desinat esse iudex et solvatur pro banno xxv libras denariorum de quibus per sindicatores comunis debeat condemnari

Hoc est et de iure comuni ut tradit Lanfrancus in tractatu de arbitris in verbo habentes 3° questione carta 3. et ibi vide bis peculiares rationes et vide alias quod eundem carta 67. et 68 et vide D. Baptistam de S.to Blasio in tractatu de arbitris et arbitratoribus 30 questione in p.° volumine tractatuum carta 23 /

Quod victus victori in expensis legitimis condennet. R[ubric]a Lxvi

[margin:] iste expense que venirent ... actionis ... elapso anno ... 1363 et 1364

Victus victori tam in causis civilibus quam etiam in criminalibus condennet-
ur expensis declarandis sacramento victoris iudicis taxatione premissa
et ad refectionem expensarum huiusmodi semper cogatur a iudice non obstante
aliqua exceptione salarij advocati sive excedentibus quantitatem ... solidorum
exceptis [illegible] taxationem fieri possit
quod quidem statutum sine interpretatione aliqua observetur.

De interpretationibus omnium statutorum quod intelligantur prout iacent dicti communis R[ubric]a Lxvij

[margin:] et quod sit verum hoc statutum ... videre ... de ... 16

Omnia et singula statuta et ordinamenta communis Sax[...] intelligantur et
intelligi debeant secundum quod ipsis statutis et ordinamentis ipsorum quolibet con-
tinetur sine aliqua alia interpretatione iuris vel facti,

Quod nulla persona ratione temporis excusetur a testimonio R[ubric]a Lxviij

[margin:] Vide super hoc l[ibr]o 4 ... cap. 8. Vide in l. v. R[ubric]a 4 ... minor 14 ... de testibus ... 87

Nullus masculus maior xiiij et femina maior xij in maleficijs excusetur
a testimonio proferendo, infra annis vero datis maiores vero x anni possit
ferre, et perhibere testimonium,

De officialibus qui fuerint sex annis citra condennati R[ubric]a Lxix

Quicumque occasione alicuius officij quod habuisset in dicto communi a sex annis
citra cond[ennatus] extiterit vel erit in futurum usque ad decem annos proxime
futuros a die condenationis computandos in dicto comuni aliquod officium
habere non possit vel et assessoriam vel advocatoriam aliquam admi-
ctatur vel recipi possit per dictum tempus in terra Sax[...] vel eius districtu et
de hoc statuto non possit peti absolutione nec dari sed semper pena de statuto
in statutum ad hoc ut condenationem alicuius officialis semper memoriam
habeat.

De inventariis conficiendis ab heredibus R.ca LXX

Quod inventarium conficiatur infra tres menses unde s. r.ca 22

Et ad d. inventarium teneantur et tutores et curatores atque quando cura ut s. r.ca preced.

Laboriosam solemnitatem que in conficiendis inventariis ab heredibus volentibus cum beneficio inventarii hereditatem eis delatas adire, resecare cupientes ne imperiti iuris illaqueentur. Statuimus quod quilibet volens hereditatem adire cum beneficio inventarii teneatur in mense ipsum inventarium conficere incipere, et complere in duobus aliis sequentibus et in ipso scribere seu scribi facere omnes res bona et iura hereditatis et de hoc prestare iuramentum ipse heres teneatur quod nihil per malitiam scienter obmittit ad cuius inventarii confectionem sufficiat quatuor testes de terra Sar. vel eius districtu masculi, et ad huius inventarii confectionem citentur per tubam vel ad domum omnes legatarii de terra Sar. vel eius districtus et creditores quorum heres habeat notitiam ipsos creditores esse et legatariis vero et creditoribus forensibus vel quos heres ignoraverit creditores esse et pro monasteriis et ecclesiis legatariis seu rei pie relictis debentibus sufficiat una proclamatio generalis vel edictum affixum in foribus palatii communis Sar. in quibus citatione et edicto statuatur terminus competens statuendus per iudicem ad petitionem dicti heredis, que citatio et edictum debeat tam tempore inceptionis inventarii quam et in perfectione et in confectione ipsius sufficiat presentia duorum notariorum computato illo qui rogatus fuerit scribere et talis inceptio et perfectio semper fiat coram iudice communis terre Sar. et inventarium sic factum habeatur pro solenniter facto, ac si esset factum cum omnibus sollenitatibus que de iure communi requirerentur.

Que requiruntur in confectione inventarii

Laus deo,

Explicit liber tertius civilium

yhs. maria

In dei nomine amen incipit liber quartus de officio militis.

Statuimus et ordinamus q. ille officialis dni vicarij qui miles
vel socius noiatur ultra illam que facere teneatur et debet et sibi promissa
sunt et decreta p. alias formas alior. statutor. terre predicti, teneat. et debeat
virtute iuramenti solicite providere et superesse toto tempore sui officij super
omnibus et singulis operibus et laborerijs cois sax. ac aptationibus et repa-
rationibus pontium fontium viar. intus et extra terra sax. ut bene sollicite
et legate aptat. q. quecumq. debent. ipsa laboreria facere; nec non super
omnibus beccarijs et tabernarijs panifacculis p. illi vicarolj salem, et olea
vendentibus ad minutum, pondera ac mensuras tenentibus molendinarijs
ac alijs quibuscuq. extraordinarijs officijs, et arma prohibita p. dictam
terram portantibus, et euntibus p. terram de nocte post tertium
sonu campane, omes saltem bis in ebdomada requirere p. to teneat.
et contra eos inquirere si in aliq. inveniatur, et eos punire in
penis in statutis contentis tn semper summarie cognoscendo in
omnibus, et singulis supradictis possit et summarie cognoscere de
omnibus et singulis civilis litibus et questionibus quoquo modo
inter quoscuq. hoies et personas vertentibus usq. ad quantitatem
solidor., et ipas causas decidere et terminare prout sibi congruu
videbitur atq. iustu statuto vel lege in contrario loquente nd
obstantibus. Et ut comune sax. expensis et oneribus relevetur
statuimus decernentes q. in posterum super nomine pontiu fontiu
nullus alius officialis cu salario possit eligi in comuni predio et si
eligeret. ipius electio non valeat nec teneat ullo modo et tali
electo nullu ius d. salario acquirat, nec illud possit a coi aliquo

Summarie procedit in cas. extraordinarijs

Si aut congregatu ulterio nd valeret sntia ut p. d. lacosmeus cor. 21.

tempore petere vel habere et sit precium, et si aliqs electus fuerit ad dictum officium vel alterum predictorum et electionem acceptaverit et illud officium exercuerit solvat coi pro bano XXV libr. denar.

Ubi et qualiter fiat forum die sabbati R.ca ij

Ubi debeat fieri forum sive mercati

Qualibet die sabbati infra muros et portam vallis usque ad portam plani fiat forum generale et unicuique liceat [illegible] mercari sine penas ad hoc et nullus artifex alicui causa vendendi mercantias locum subtus voltam palatij impediat, vendentes aut blada et legumina stare debeant ad ipsa vendenda subtus voltam palatij cois, et vendentes porcos seu ducentes eos ad vendendum stet et teneat ipsos a porta plani per burgum S. Franci et assignentur loca per eundem socium militem et si aliqs locum sibi assignatum variaverit solvat coi pro bano duos solidos pro qualibet vice, et Notarius Vicarij faciat rimari qualibet mense ne locorum assignationem mutatio seu variatio fiat, ducentes vero alia animalia teneantur et debeant stare et tenere ipsa in foro quod fit die sabbati ex portam bonienis vel a S. [illegible] usque ad portam pontis et qui contrafecerint solvat coi pro bano vice qualibet et pro quolibet animali quinque solid. Vendentes vero ligna morentur ea die ex portam plani, et Notarius Vicarij teneatur et debeat vinculo iuramenti qualibet die sabbati inquisitionem facere de predictis ad petitionem cuiuslibet postulantis quod si non fecerit perdat de suo salario X libras et applicetur coi.

ubi intelligatur maiore burgum S. Franci

Volumus insuper quod salem vendentes stare debeant ad ipsum salem vendendum in platea maiori cois et non alibi, vasa quoque ad vendendum tenere debeant in platea predicta contrafacientes vero in predictis vel aliquo predictorum et qualibet vice solvat coi pro banno quinque sold. denar. et de predictis Vicarius et sui officiales possint inquirere ex suo officio ad petitionem cuiuslibet postulantis.

Ubi debeat vendi sal.

De Tabernariis & vinum uendentibus R ca iij.

Tabernarij et vinum uendentes in terra Sapti & eius districtu teneantur et debeant
uendere & dare uinum bonum et purum sicut est in dolio seu alio vase vnde trahitur
et sine immissione aquæ seu commixtione aliqua alterius uini: et singulas mensuras uini
cuilibet ementi seu accipienti implere & eos ad iustas et legitimas habere et tenere. et
postquam ceperint uendere de vno vase donec vas illud fuerit uacuum, de vase alio trahere &
vendere alicui non possint. Regimenque dictæ terræ singulos tabernarios et vinu vendentes
cum incipiunt uendere solemniter iurare faciat non facere uel venire modo aliquo contra presens
statutum & alia de venditione vini loquentia. et si tabernarius aliquis aut vinu vendens
contrafecerit in aliquo puncto seu capitulo de prædictis uice qualibet in centu solidos den. comuni
pœnæ noïe condenetur nisi pro mensura non impleta pro qua sit pena xx solid. den. pro
qualibet mensura non impleta reperta ad ipsam tabernam prope ipsam per duas domos ex utraque
parte Tabernæ. Et nihilominus per Regimen fiant denunciatores secreti qui contrafacientes in
aliquo prædictorum denunciare Regimini teneantur habituri quartam partem Banni nõ obstan
statuto aliquo contra hoc in contrarium fortasse loquente & super prædictis et infrascriptis &
quolibet prædictorum per inquisitioné ex officio Regimen procedere teneatur & debeat ad rõnes
ipsorum denunciatorum ac etiã ad petitioné cuiuslibet alterius personæ denũciare uolentis et
die qualibet officialem suum et familiam ad Tabernas transmittere ad rimandũ mensuras et
ad inquirendũ si contra factũ fuerit in aliquo prædictorum et si quẽ contrafacientem inuenerit in dicta
eum pena punire. absque aliqua probatione facta relatione per familiã cuius tali relationi debeat
plena fides adhiberi: hocque statutũ locũ habere volumus in tabernarijs et in ijs qui vinum
vendunt ad minutum. Tabernarij autem & vinũ vendentes ad minutũ in terra Saxbi et
eius districtu teneantur et debeant vendere ad Petictum, mediu petictum et Fogliettam
et mediam Fogliettam & non ad aliam mensuram. cuius Petictus sit et esse debeat capaci-
tatis medij quartaronis & non minoris & quilibet Tabernarius et vinum vendens teneat
et debeat Petictum et medium Petictum Fogliettam et mediam Fogliettam et ipsa vasa
bullari facere per Notarium seu socium dñi Vicarij bulla comunis seu dñi Vicarij et
habere non possit, nec debeant tenere in eorum Tabernis aliquid vas minus quam mediã Fogliettã
Contrafaciens vero in predictis uel aliquo prædictorum pro uice qualibet in xx solid. penæ nomine
condenetur & cuilibet liceat contrafacien accusare. Teneatur insuper a Notario siue eius
socio predictis accipe appodissam et scriptam ad quantũ uoluerit vendere petictũ quæ
ipse Notarius seu eius socius dare et ~~habere~~ tradere teneatur ad ipsorũ petitioné ad quantũcunque
seu quantumcunque dictũ Petictũ vini vendere uoluerit sigillatum sigillo comunis seu
ipsius dñi Vicarij donec vinũ illud vend completum fuerit contrafaciens vero in prædictis
prædictorum quolibet et qualibet uice in centũ solidis pena noïe condenetur. et cuilibet
liceat contrafacien accusare atque denunciare. Et Accusator habeat medietate banni

De mensuris et bullatis

Teneatur tamen tabernarij et vini vendentes dictam apodissam seu scriptam sigillo comunis vel domini vicarij sigillatam ponere in fundo vegetis seu dolij et publice retinere, ita quod omnibus pateat evidenter ad quantum vendi debeat petictum. Et postquam vendere ceperint nullo modo ~~vendere~~ minuere debeant vel etiam variare. Contrafaciens vero in predictis vel aliquo predictorum in XX solid. vice qualibet condemnetur et cuilibet liceat contrafacientem accusare et super predictis et singulis capitulis vicarius et sui officiales possint et debeant inquirere, per inquisitionemque procedere ex suo offitio et stetur de predictis relationi familiae domini vicarij euntis cum ~~notario~~ et seu socio domini vicarij ad rimandum et inquirendum de predictis. Possint quoque ipsi tabernarij et vini vendentes vinum vendere ad foglilettam et mediam foghettam bullatam ut pro rata exigit ad petictum. Vicarius que teneatur et debeat ordinamenta super predictis facta et facienda executioni mandare sub pena [illegible] librarum de suo salario.

De vino forense ad dictam terram tempore certo tempore deferendo. Rubrica iiij

Quilibet possit ad terram Saxiferrati et eius districtum asportare mustum et vinum forensem a festo omnium sanctorum usque ad Kalendas Decembris quod vinum dicto tempore vendi non possit, alijs autem temporibus videlicet a Kal. Xmbris usque ad Kalen. iunij nullus debeat vinum forensem ad dictam terram portare nec eius . . . districtum salvo quia quod fuit et si quis aliquo predictorum contrafecerit solveat comuni pro banno qualibet et qualibet vice centum solidos den. et cuilibet liceat contrafacientes accusare et habeat medietatem banni, et vicarius teneatur et debeat de predictis ex suo officio singulariter providere et inquirere statuto aliquo seu reformatione non obstante.

De salmis a vino civitandis et bullandis. Rubrica v

Salma a vino ad quam vinum sive sit musti sive clarum, sit et esse debeat xvi quartarum ad quartarone comunis et nihilominus debeat esse bullata bulla comunis, et signata in eo quod plus vel minus teneret, et quicumque ad aliam salmam venderet seu emeret solvat comuni pro banno X solid. den.

De Ponderibus et mensuris cois R.ca vi

Pondera, et mensure omis sint equalia qui vero pondus vel mensuram falsavit solvat coi pro banno x libras, sed si quis illis scienter usus fuerit sol. c. solidos, et restituat dannu passo, et fiant quatuor barilia ligni quodlibet sit tante capacitatis quante mellaroli lapidis que est iux columnam cois, et quodlibet barili sit circudatu circulo ferreo et medium quar... mensurar duasar cu directa linea, fiat brachiale ad quos mellarolos quilibet castillanus vendat et emat, et non ad alias et teneat dicte mensure pillos qui fuerunt ad predicta deputatis p consilii a forensibus vel a tenentibus accipiatur p quolibet brachiali quatuor denarios et non plus et qui plus acceperit solvat coi pro bano xx solidos denar. Si vero aliqs alius voluerit tenere mensuras aliq. faciat sibi fieri suis expensis et adiustari, assediari, et bellari faciat, in qua pdio coi unno statera grossa vi. centu libras, et insup ipsi ponderibus et mensuris tempore q. alij officiales eligunt in consilio ad bri si sol. eligat tres boni viri, unus in castro veteri alius in burgo inferiori, et alius in burgo s. fran: qui eorum officium durent per tres annos qui debeant omibus ponderibus et mensuris terre et com... sax. et specialiu personar et omium volentiu emere, et vendere ad hoc vel sine iusti, et veraces, et sint alte, et acta in forma statuti loquentis de aliq. pondere vel mensura q tu persistis possint et debeant denuntiare, et accusare habentes falsu vel falsam aut falsus vel falsa pondus vel pondera, mensura vel mensuras si in q ordinatu vel statutu fuerit p commune sax. vel suos officiales vel officialibus aut vel quibus fecerit comissu. Si vero pondus aut mensuras dictu est non diverit aut contra pred. vel aliq. predeor fecerit solvat coi p bano xl solid. cuius bani medietas sit denunciatoris vel accusatoris vel denuncianti, et di dictis supositis vel ipsar aliqs fuerit negligens in dicto officio puniatur in xl solid. p quolibet, et comuni applicetur, et notarius teneat et debeat de predictis quolibet mense inquisitione facere cu predictis tribus et quando ponderent vel mensurarent ad quanti ad pondus et mensuram cois vel alterius adiustata et bullata, et nisi de pena utentiu falsis et omnibus ponderibus et mensuris qui vero contra fecerit solvat coi p bano xl solidos voluerunt insup q semel in anno videantur barilia, et alia pondera et mensuras p officiales dicti cois et q tenentes barilia habeant et teneat media bruilia quarta

Liiii.

De ijs qui habent pondera vel mensuras communis.

R.ca vij

Pondera et mensuras cois quicumque fuerit vel tenuerit pro ipso
communi, seu eas et ea emerint, a cõi predicto debeant ipsa
pondera et mensuras tenere ordinatas et apta, ut in statuto
loquente de predictis continetur, et maxime habere debeat unam
stateram magnam, et unam paneam, et unum passum bullatum cum
bulla cois, rubbium bullatum, et qui supradicta fuerit teneatur
stare cum dictis ponderibus et mensuris quolibet die sabbati
in platea cois subtus logiam seu transannam iuxta domum heredum
Crgntij Compagnoni, et teneatur mensurare et ponderare
omnes mercantias ad petitionem cuiuslibet postulantis et pro suo
salario habere debeat a frente pro quolibet pondere usque in quan
titatem decem librarum unum denarium a bindetiero supra pro quolibet
rubbio duos denarios de petia panni lini ii denarios de petia
panni lane ii denarios, de petia pani lini ii den: si fuerint
brachia vel quasi abinde vero supra prorata, qui prefatus habens
dicta pondera et mensuras qui contrafecerit in aliquo predictorum
solvat cõi pro banno x sol: et cuilibet sit licitum accusare et
credatur sacramento suo cum uno teste idoneo, item dicimus
quod nulla persona audeat vel presumat ponderare vel mensurare
aliquas mercantias nisi per modum ut supra declaratum est
licitum sit tamen volentibus vendere pannum et alias mercantias
ad minutum sive . . . passare et mensurare cum suis passis tamen
bullatis bulla cois, et etiam ponderare beccarijs, et vendentibus
pisces ad minutum, licitum sit ponderare carnes et pisces in quacumque
quantitate sine aliqua solutione contrafaciens vero solvat cõi pro banno
vice qualibet x solidorum quilibet possit ipsos accusare, et credatur suo
sacramento cum dicto unius testis idonei, Volumus etiam quod qui

tenentes in domo pondera seu mensuras non iustas de iure puniuntur vide Gambinus car. 36

habens predicta pondera et mensuras sit sufficiens ad predicta facienda
alias non admictatur ad dictum officium et presens statutum sit . . statuto
aliquo in contrarium loquente non obstante. Et Vicarius qui pro tempore
fuerit teneat et debeat predicta observari facere sub pena x libr.
de suo salario

De quartaronibus pro comuni habendis Rubrica viij

Duo quartaroni sint et esse debeant in comuni, et teneantur per illos qui ad tenendum
mensuras comunis deputati sunt, et fuerit tunc ad quos quartaronos ven=
datur oleum, et non cum alijs quam quartaronis omnibus castellanis sine pretio
de pede comunis — tribuatur, Ubicumque vero de pede seu mensura pedis mentio fieret intelligatur
de illo pede qui est in columna comunis lapidea designatus

De fornarijs et ipsorum officio et caminis per eos faciendis
Rubrica ix

Fornarij et fornarie omnes calefaciant bene furnum et bene informent et exforment
et quoquant panem ad voluntatem illius cuius est panis et habeant
mastellum cum aqua iuxta furnum in quo palam et fircones extinguantur
et si panem minus coctum et combustum vel panem unius alteri reddiderint
vel in aliquo predictorum contrafecerint solvat comuni pro banno x solid. den. et emen=
det panem admissum damnum passo ac peioramentum panis illi cuius est et
domino panis vel eius nuntij sacramento credatur de damno et peioramento
panis et etiam de pane admisso usque ad quatuor panes et etiam de accepta
tione et non possint furnarij seu furnarie renuere quoquere panem
accusantis vel accusam facientis sine iusta causa et si contrafecerint
solvant comuni pro banno x libras pro quolibet et qualibet vice, Et Notarius
Vicarij teneatur vinculo iuramenti intimare Vicario omnes panifaculos
et fornarios statuta de ipsis loquentia observari facere et observare
omnia in ipsis contenta,

De Beccarijs et ipsorum arte Rubrica x

Quilibet volens esse beccarius et carnes tenere ad vendendum teneatur ipsas carnes
facere et vendere secundum modum infrascriptum Videlicet quod Vicarius qui pro tempore erit,

teneatur et debeat de mense novembris proponere in consilio generali
de modo et forma dandi beccarijs pro tertio anno ad vendendum carnes et sicut
in dicto consilio ordinabitur sic beccarij teneantur per tertium annum obser-
vare. Beccaria et vendicio carnium fiat et fieri debeat in trasanda
Ubi fiat beccaria — communis videlicet a scalis palatij usque ad domum Bonaventure Petri, et non alibi
in dicto loco non occidantur nec scorticentur aliquae bestiae, sed portentur
ibi apte, et apparate ad tagliandum, contrafaciens in aliquo predictorum
puniatur vice qualibet in x libris et ipsa beccaria fiant banche
seu dischi in ea capaces et ad bancam quamlibet stent duo beccarij
sotiati et non plures, et etiam et eadem bestia non vendatur nisi
ad unam bancam, et teneantur quoque beccarij ad carnes vendendum
deputati ipsam beccariam postquam constructa fuerit mundam tenere
in latitudine ibi ipsorum expensis et in ipsa nullam turpitudinem facere
vel fetorem tenere quod stantibus vel transeuntibus nullum prestare
tedium vel fetorem. Iurent quoque beccarij carnes seruarum scoriare
et porcorum abrugiare aut pelare tenendo semper carnes scrofarum vaccharumque et
De libra iusta — porcorum ab alijs carnibus separatas. Et habeant pondere districte
bullata bulla communis et non alia, ad vendendum carnes siccas et recentes
ad minutum, et sit libra xij unciarum et libram mediam sex onciarum et
contra predicta vel aliquid predictorum non possit in dicto consilio aliquid
reformari et si reformaretur non valeat in qua beccaria habeant
continue beccarij stateram legalem publice ad quam ementes carnes
possint carnes ipsas reponderare et si non fecerit vice qualibet puniatur
in xx solidos den. nullus et carnes vel unam pro alijs faciant
nec alicui vendat contrafaciens pro vice qualibet in decem
solid. den. puniatur. Animal quoque interfectum a mane usque ad
tertia, et a nona usque ad vesperas retineant ad vendendum
nec alibi dictis horis retineant, nec vendant contrafaciens
vero puniatur vice qualibet in xx solid. dinarorum. Die

Die autem sabbati teneantur et debeant continue in hora none carnes incidere et de ipsis copiam facere omnibus emere volentibus pena centum soldi. pro qualibet contrafaciente et qualibet vice; Non vendat etiam gambas pedes aut capita alicuius bestie ad pondus nec firma eis data, hactenus excedant vel dimittat contrafaciens vero vice qualibet in xx soldi. puniatur, Et in omnibus predictis quilibet possit eos accusare denunciare habiturus medietatem banni. Fiant insuper bilancie de novo pro ut cum ponderibus signis in ipsis bancariis que debent esse libre carnium dande beccariis et ponatur ad columnam tot ita quod cuilibet liceat carnes emptas reponderare, et si invente fuerint minoris ponderis solvat venditor pro banno c. sol. deni pro qualibet vice, et credatur dicto emptori cum iuramento. Potestas autem teneatur qualibet mense sacramento pondera beccariorum examinari facere semel ad minus. Et si aliquis beccarius renueret dare seu vendere de carnibus ea petentibus solvat xx soldi. pro banno et credatur sacramento petentis,

De diebus in quibus beccarii non possunt vendere carnes

Vicarius in super teneatur quolibet mense sui regiminis si necessarium fuerit et placuerit prioribus et consilio generali vendere beccariam seu venditionem carnium eo plus offerenti dare duos ante solemnitatem baniatur, et si vendi contigerit ementes teneatur carnes facere et vendere modo predicto, Nec aliquis alius possit carnes vendere nisi ipsi ementes beccariam licet et cuilibet carnes vendere tamen modo ordinato in foro maiori dicte terre quamdiu duraverit in festo omnium sanctorum Nativitatis et Resurrectionis dominice et in eorum vigiliis et in carnis privii et non possint nec debeant dicti beccarii carnes vendere in vigiliis apostolorum et in quatuor temporibus, Diebus sabbati

bulle

88v

iiii | l.iiij.

dumtaxat exceptis sub pena .c. solid: Vicarius vero presenti ordinabit in consilio generali superveniente hore carnium de mense [illegible] teneatur integraliter observare et promittant carnes vendere realiter et proprie [illegible] ad observandum quod et quae promittent [illegible] consilio [illegible] reformatum Nullusque ante promissionem carnes vendere aut facere [illegible] et ut [illegible] melius observentur promissa in consilio generali, quando eliguntur alii officiales ad brevia eligantur duodecim boni homines de terra Singulo libet mense anni [illegible], Qui sic electi sint et esse debeant superstites super dictis bechariis, et teneant et [illegible] saepe saepius [illegible] pondera beccariorum et carnes quas vendiderint diligenter examinare [illegible] obseruent pres statuti et singula quae fuerint promissa per eos beccarios ad petitionem [illegible] postulantes omnia et singula crimina et defectus ipsorum bechariorum [illegible] et suis officialibus qualibet die sabbati [illegible] durantibus eorum officio referre, et denuntiare penitus teneatur, Si quis aut [illegible] supradictorum superstitum fuerit negligens solvat qualibet vice [illegible] pro banno quinque solid. den: Sine cuiuslibet superstitis licentia nullus beccarius aut aliquis alius causa vendendi carnes porcos scrofas boves castrones pecudes capras faciat [illegible] puniatur [illegible] quilibet in .c. sol. den: Eliganturque et tres boni homines et legales tunc in dicto consilio [illegible] de burgo Sancti Franci alius de castro veteri, et alius de burgo inferiori qui [illegible] vinculo iuramenti coram regimine dicti comunis crimina defectus beccariorum denuntiare habiturus medietatem condemnationis, Et ut ipsi beccarii et carnium venditores non possint defraudare [illegible] in carnium venditione et ad omnem ipsorum maliciam superandam ordinamus quod dicti beccarii aliquas carnes non possint vendere quae non sit bullata bulla [illegible] vel domini vicarii et in qualibet gamba mortuorum animalium, et ista bullatio fiat per illos superstites supradictos vel officiales domini Vicarii et superstites fuerint negligentes puniantur quilibet in .c. solid. den: et [illegible] carnes de loco unde [illegible] vendere et dare et non aliunde, [illegible] carnes bullatae

[illegible] beccarios non bullatis carnes

super remaneant indiuisa, nec alibi in dictis carnes tenere debeant
et si contrafecerint dicti becarij in aliquo predictorum puniantur pro
qualibet uice in centum solidis den. et super predictis Vicarius et
sua curia possit et debeat inquirere saltem semel quolibet mense
ex suo officio, et etiam ad petitionem cuiuslibet postulantis et ipsos
culpabiles in forma predicta dicti statuti condemnare sub pena
centum libr. den. Volumus insuper quod honore Dei et Beate

De cetiu S.ti facundini in burgo inferiori

Marie virginis et B. facundini ad hoc ut aliqua putredo non
fiat vel sub curia ante ipsam et etiam que est in burgo inferiori
usque ad quartam domum inclusive, nomine beccarie aliqua
bestie nec porci abrusientur, nec tampe bobum et aliarum
bestiarum fiant in suprascriptis semitis. Et becarij qui
utuntur arti beccarie in dicta contrada debeant ad ipsorum
stationes asportare uachas, porcos et castronos decoriatos
lotos et lauatos et in dicta contrada ante dictam domum uel
contrada tunc ut etiam fieri non possit aliqua putredo san-
guinis uel sulfura et qui contrafecerit soluat pro bano
xx solid. Et quilibet possit contrafacientes accusare et
denuntiare, et habeat medietatem dicti bani et credatur sa-
cramento accusatoris cum probatione unius testis, Et qui
faciunt dictam artem beccarie in burgo inferiori predicto
teneatur habere bancam ante ipsorum stationem, Et ibidem carnes
incidere ponderare, et uendere et non in domo, qui autem contra
fecerit soluat pro bano xx solid. den. quilibet possit
eum uel eos denuntiare et accusare habiturus medietatem
bani et stetur sacramento accusatoris cum probatione unius
testis. Ordinamus preterea quod quilibet beccarius seu qui
carnes ad uendendum fecerit in burgo S.ti Fran. teneatur

Ad cremantes porcos in burgo S.ti Fran.

et debeat animalia occidere extra portam boniani Et ibidem
porcos abrusiare, Et non alibi in dicto burgo, Et qui contra-

fuerit pro qualibet vice et quolibet ad alia solvat comuni
pro banno xx solid den. Et quilibet possit eum vel eos accu-
sare et denuntiare et habiturus medietatem bandi predicti, et
stetur sacramento accusatoris cum sacramento unius testis et
Regimen dicte terre teneatur et debeat super predictis
inquisitionem procedere ad petitionem cuiuslibet postulantis

De Ambasiatoribus dandis castillanis R.a xi

Si pro negotiis castillanorum sax.ti ambasiatores necessarij videbuntur
expensis castillanorum ipsorum dentur quotiens necesse fuerit et Vic.
et Priores possint ipsis ambasiatores dare si opus fuerit sine aliqua
deliberatione consilij et si aliquis castillanus captus vel derobbatus fue-
rit ab aliquibus vel aliqua persona seu pro ... dentur Ambasia-
tores expensis com. sub forma de ambasiatoribus in statuto declarato
etiam pro relaxatione ipsius capti si necesse fuerit occasione predicta et si
Vicarius contrafecerit non observando predicta solvat com. pene xxv lib.
et si alij contravenerint contra predicta solvat com. banno centum solidos

De captione et derobatione alicuius nostri castillani
et represalijs concedendis R.a N.a xij

Si quis noster castillanus fuerit derobbatus vel captus in aliqua terra
seu territorio alicuius Vicarius sive regimen terre saxiferrati
cum deliberatione consilij quod Ambasiatores com. predicti et expensis
ipsius com. debeat requirere per terram seu dominium in cuius territorio
seu fortia noster castillanus fuerit derrobatus seu detentus vel captus
quod ipsum castillanum dimittat seu sibi castillano restituat omnino res
acceptas, et si terra, aut dominus territorij captum seu res acceptas restituere
noluerit possit et debeat dominus Vicarius predictus detinere et destinare facere
de hominibus et rebus hominum ipsius terre seu territorij in quo vel in qua dictus
castellanus captus extiterit. Volumus preterea quod Vicarius teneatur et debeat ad

petitionem derobati uel capti aut alio modo depputati uel alicuius eius consanguinei uel affinis preponere in consilio generali de derrobatione & captione seu deptentione predictis & secundum deliberationem fiendam in dicto consilio requiri faciat rectores & homines eius terre uel comunitatis aut domini territorij. In quibus dictus noster castellanus derobatus captus & detentus fuerit ut pro parte nostri comunis nostro castellano de rebus ablatis & derobatis & etiam de damnis & conquestis & interesse satisfaciat integre & cum effectu & ipsum castellanum & detentum relaxent, si relaxatus non fuerit. De quibus damnis & expensis stetur sacramento petentis. Quod si homines illius terre & comunantie siue domini territorij nostro castellano modo aliquo non satisfecerint de predictis vicarius comunis teneatur pro quantitate quam noster castellanus iurauerit seu alijs probationibus demostrauerit & pro damnis & expensis & interesse represalias concedere contra eum qui recepit uel derobbauerit eum contra eorum in quorum fortia seu territorio captus uel detentus & derobbatus fuerit & ad refrenandum ipsos eidem castellano nostro dare debeat auxilium consilium & fauorem & promissa omnia et singula Vicarius predictus vinculo iuramenti sub amissione centum librarum de suo salario teneatur obseruare & facere obseruari.

Quod expensæ et grauamina Comunis fiant per libram appassus Rubrica xv.

nota appellatione receperunt prestito cepolla in tractatu de seruitutibus rusticorum prediorum in cors. de pontibus cap. 70 car. 31.

Negotia omnia & expensæ nominati comunis semper fiant & fieri debeant per librum & appassatum comunis predicti & non aliter, exceptis exercitibus caualcatis, fossis comunis & aptatione uiarum.

De armis oportunis habendis Rubrica xviii.

Quilibet castellanus terre saxoli et districtualis illa arma habeat & habere debeat quæ deputata sibi fuerint per illos qui fuerint nominati et electi per dominum vicarium et priores qui in predictis plenam arbitrariam habeant potestatem.

De his qui collectas non soluerint pro certis possessionibus quas habent Rubrica xix.

contra non soluentes collectas uide in fine rubrica 31. capta pe[illegible] car. 87. et 89

Quicumque propriam habens possessionem in districtu saxoli, et de ipsis possessionibus collectas dicto Comuni soluere noluerit banniatur ad fenestras Palatij comunis quod infra octo dies compareat, et comparere debeat ad collectas pro ipsis possessionibus ad soluendum comuni predicto, et si non comparuerit ex nunc ipsæ possessiones comunis efficiantur et Comuni applicantur omnino.

Quod Muri noui et antiqui reficiantur Rubrica xx.

Muri noui et antiqui terre & burgorum saxoli manu teneantur

109

in statu ac servetur illesus, et vicarius teneatur ipsos muros refici facere vinculo iuramenti, primoque mense sui regiminis congregari priores et eligi facere tres bonos homines populares de terra ad providendum super refectione murorum antiquorum terre et burgorum, ita quod ipsi muri reficiantur et aptentur cum arena et calcina et si predicta vicarius non duxerit ad effectum solvat comuni pro banno quinquaginta libras

vide s. r. 6. et infra r. 29. 99

qualibet ~~proxima~~ persona que ~~tenet~~ habet murum, domum, vel casalenum adherens dictis muris comunis ~~et debet~~ teneatur et debeat sustentare ex parte exteriori ipsum murum quatenus protenderetur ipsa domus vel casalenum infra illum terminum qui sibi assignabitur per dominum vicarium dicte terre ad penam xx librarum ~~pro~~ qualibet persona, et habeat predicta calcena expediente pro predictis et infrascriptis ab ipso comuni et facere parapecta et mer-tari ita quod usus ipsius muri non impediatur sed habeatur illesus et predictos superiores provideatur quod emantur per ipsum comune et eius expensis per que accedatur ad ipsas bertescas, et muros predictos ubi fuerit oportunum et per ipsos provisum et ordinatum etc.

habentes domus iuxta menia teneatur ea manutenere

Quod tenentes bacelia comunis debeant terrigenis gratis accomodare. Rubrica xxij.

Statuentes addimus statuto de his qui tenent bacilia et mensuras alias comunis Saxiferrati, quod quicumque ipsa bacilia tenuerit et ea terrigenis saxiferrati gratis debeat comodare nulla mercede recepta, nec propterea recusare dare petentibus ad penam xx solid. pro qualibet vice, quos socius domini vicarij eidem recusanti de facto solvi faciat camerario dicti comunis.

De molendinarijs et ipsorum officio Rubrica xxiij.

Procuret Regimen quod nullus molendinarius terre aut districtus Saxiferrati denarios aliquot accipiat pro eorum mercede molendinorum, moliture sed molituram recipiant hoc modo videlicet de quolibet brachiali a kalendis Maij usque ad kalendas Novembris quatuor cuppos rasos cum rasura recta, aliterque molituram non recipiant et quod non recusent macinare aliquid bladi quod eis defertur de ~~quantitate~~ dicti molendinarij cum granum trahitur de saccho antequam ipsum macinent mensurent illud ad mensuram Saxiferrati si voluerint illi quorum fuerit bladum et farina ipso facto ad mensuram culmam incontinenti mensurare et siquid deerit, domino seu ei qui eius granum ad molendum eis dederit restituat et suppleatur et solvat comuni pro banno xx solid. et suppleat farinam ei cuius est, siquid vero superit culmatione predicta sint etiam domini bladi et teneantur et debeant dicti molendinarij sic stringere et aptare et strictum et aptum retinere fusellum macine quod per foramen ipsius bladum aliquod exire vel perdi non possit et bladum quod eis defertur

ad macinandum sero quod ipsi deferunt post baptuti molendinum molere non debeant
nisi primo molendinum ipsum aptum fuerit et quod bladum aut farina ex eo fienda
non deuastetur, nec etiam in aliquo deterioretur. Et de perditione bladi aut
deterioramento farine stetur sacramento deferentis seu transmittentis bladum ad
macinandum usque ad quantitatem x. solid. De alio uero defectu bladi stetur sacramento
domini uel nuncij affirmantis defectum quem proposuerit et sibi impleri et emendari
petierit et eodem sacramento toto tempore Regiminis tunc presentis defectu simili
fides debeat adhiberi: bladum uero postquam fuerit in molendino dum in eo steterit
periculo stet molendinariorum et Vicarius qui tenetur vinculo iuramenti semel qualibet
mense per suum officialem et familiam, omnia molendina existentia in flumine
Senkim, Sanguerouis, et Marthene facere rimari solum ad minus ea que sunt
opperterram et si inuenerint dicti sui officiales dicta molendina et edificia facere
in aliquo contra formam statuti puniantur molendinarij secundum quod in statuto
continetur: et eadem pena seruetur in molendinarijs totius districtus, suppstites
aut molendinariorum eligi seu esse non possint qui fecerint a duobus annis
citra. Et ipsis molendinarijs prohibeatur ne alicui castellano vicem
molendi pro aliquo forense accipiant sed forenses pro castellanis et si contra
fecerint soluat comuni pro bano vice qualibet sol. 5. den. Preterea singuli
cuppi ad quos ipsi molendinarij molituram recipiunt bullentur in principio
Regiminis ad sensum et voluntatem dicti vicarij et circum circa molam
dicti molendinarij debeant habere et retinere continue cum bladi aliquid
macinant assides et cassam in tota altitudine quanta est mola ad
minus et non pluris, que cassides seu cassum a mola distare debeat
tantum digitorum spatio et non ultra qui uero molendinariorum contra
fecerit ipsas assides siue cassum ita et taliter non tenendo soluat comuni pro
bano uice qualibet XL sol: et nihilominus predicta facere teneatur et eadem pena
soluat quinquirenda in generali consilio creentur boni homines non habentes
partem in aliquo molendino ad bitillos eligantur quorum quilibet
libra non sit minor xxv libr. qui molendinarij teneantur et de-
beant mense quolibet assides predictas siue cassum et ceppos
ac mensuras ut dictum est facere quo equari a supradictis
predictis nullus quoque castellanus aut subiectus iurisditioni
comunis audeat, nec presumat deferre aliquid bladum ad molendinum illorum
ad molendum qui non sunt habitatores comunis sax. Qui uero contra

Di farina e blado perso le molendinariis stetur sacramento primi

fecerit solvat co(mun)i p(ro) bano vice q(ua)libet xl sol. cuius bani medie-
tas sit accusatoris, seu denunciatoris et hoc intelligat(ur) in mo-
lendinis que sunt ex districtu sax(oferrati). Possint tamen D(omi)ni Pot. et Priores
concedere licentiam districtualibus n(ost)ris existentibus in an(?) finibus
portandi bladu(m) ad macinandu(m) extra districtu(m) sax(oferrati) si eis videbit(ur)
expedire cu(m) tali cautela q(uod) fraus comicti non possit, Prohibemus insup(er)
ne molendinarij vel custodes alios molendinos habeant nec habere
debeant modo aliq(uo) vel condictoriu(m) aliq(uod) seu massaria(m) aliqua(m) in quo
vel in qua molitura(m) aliqua(m) reponant iux(ta) vel prope molendinu(m)
q(uo)d molet spatio qu(i)nq(ue) pedu(m) computando a capite ipsius molendini
sive macina, Et si in aliq(uo) molendino contrafactu(m) inveniret(ur)
puniatur molendinarius seu custos molendini vice q(ua)libet in xl
sol. et D(omi)ni Pot. et sui officiales possint per inquisitione(m) procedere sup(er)
p(re)d(ic)tis ad petitione(m) cui(us)libet postulantis, Credatur sacramento denunci-
atoris cu(m) probatione unius testis cuius bani medietas sit accusa-
toris et alia sit comunis dumo(do) in casu q(ua)libet tenea(tur) unus molen
dinarius sive custos cauti pro molendino q(ua)libet in quo repertum
esset actu(m) contra forma(m) statuti superius declaratam condenetur
& non plures prohibens etiam ne ipsi molendinarij aut custodes molendi-
norum districtus sax(oferrati) debeant nec presumant aliquod bladum quod ad
molendinum portatur capere nec detinere, aut ad suum molendinum
ad molendum vadat contrafaciens vero vice qualibet solvat comuni pro
bano xl sol. et cuilibet licitum sit denunciare et accusare delinquentes
et habeat medietatem dicti banni. Item prohibemus ne molendinarius
aliquis in molendino aliquo retinere debeat aliquem puerum qui vero contra
fecerit pena simili puniatur et quilibet possit contrafacientes accusari bani
predicti dimidium habiturus, superstites vero predicti si fuerint negligentes
in faciendo coequari assides supradictas primo mense sui regiminis & in

faciendo alia eis comissa soluant comuni pro bano xx solid. quousque talis coequatio fiat et bacilia et alias mensuras habere et tenere debeat adiustatas et bullatas bulla comunis sub pena superius declarata

De non portando scotanum ad valcandum uel bladum ad macinandum extra districtum saxoli et de prestatione et datione coptimi molendinorum uel valcarum R[ubri]ca xxiiij.

Nullus de terra saxoli et eius districtus portet scotanum ad valcandum extra districtum saxoli: qui uero contrafecerit soluat comuni pro bano xx solid. et in casu quolibet predictorum liciti sit cuilibet accusare et habeat ipse accusator medietatem bani: custodes uero valcarum accipere possint pro valcatura pro brachiale quolibet tres solid. den. vz. a kalendis Maij usque ad kalendas Nouembris et alio tempore duos solidos den. pro quolibet brachiali et non ultra. Vicarius uero et eius Iudex et officiales alij teneantur et debeant molendinarios et valcatores ac etiam custodes molendinorum et valcarum seu etiam qui molendinum aliquod siue valcam ad coptimum acceperint ad prestata et dationem molitura seu coptimi quam uel quod promiserit alicui d[omi]no cuius sunt dicta molendina seu valcha in termino quo promiserit et ad obseruandum omnia pacta et conuentiones quae et quas fecerint cum aliquo d[omi]no alicuius molendini seu valchae. viso solummodo instrumento loquente de predictis regulariter et particulariter contingere cogere et detinere ad petitionem d[omi]norum ipsorum uel etiam procuratoris sumarie sine aliquo strepitu et figura iudicij. Et hae etiam locum habere volumus in qualibet alia persona quae rem aliquam imobilem ad coptimum acceperit uel habuerit statuto aliquo precedenti uel subsequenti non obstante &c.

De coptimis molendinorum et valcarum

De aedificijs molendinorum inter consortes R[ubri]ca xxv.

Quicunque habuerit uel habet aliquod aedificium molendinorum uel aliquod

rerum que ad molendinu pertinent comune qua refectione sive
melioratione indigeant, Vicarius et sui officiales teneantur et debeant
ad petitionem cuiuslibet consortii realiter et personaliter cogere omnes
consortes ipsius edificij ad aptandum et construendum seu reformandum
vel meliorandum pro parte cuilibet contingenti ac etiam ad petitionem
cuiuslibet petentis omni iudiciorum strepitu pretermisso et non obstantibus
aliquibus in premissis, Teneatur insuper Vicarius Iudex et alij officiales omnes
consortes ~~particulariter~~ personaliter cogere et detinere ad refectionem expensarum quas
alter consortium fecerit in refectione vel conservatione molendinorum
In quibus partem habuerit omni exceptione remota de ipsis sumptibus
et expensis et stetur sacramento impendentis et nihilominus qui dictos
sumptus et expensas fecerit edificium seu molendinum in quo dicti
sumptus et expensa fuerint pro parte nolentium ipsa satisfacere
teneatur fructare donec fuerit eidem integraliter satisfactum.
pro vero dno habeatur et verum ac plenum dnium consequatur dummodo
predictum tempus non currat nec preiudicet minori nisi absenti
si quoque molendina ipsa que sunt prope terram aliqua reparatione
refectione provisione seu melioramento indiget in dictis formulis
domibus et alijs pertinentijs ipsorum et consortes omnes in ipsis fa-
ciendis tribuendis [illegible] tota de quod de predictis
ordinatum deliberatum extiterit per maiorem partem consortium ipsorum
molendinorum, ipsa predicta in singulibus valeat et teneat et
plenam firmitatem habeant, et teneantur [illegible]
[illegible] et Regimen qui pro tempore fuerit ad petitionem
cuiuslibet consortis teneatur dicte deliberationi [illegible]
et [illegible] cogere ad observationem omnium pro necessitate ac
melioramento ipsorum molendinorum per maiorem partem ipsorum con-
sortium extitent ordinatum omni exceptione remota dummodo
de dicta deliberatione seu melioramento et ordinamento appareat
[illegible] et firmiter, Vic. insuper Iudex et alij officiales

teneant recipientes molendina ad cottimum et eos qui promi=
serent in aliquo et obligati ad aliquod opus faciendum
in aliquo molendino ac et recipientes ipsa molendina
ad guardiam et fideiussores ipsorum qui se ad predictorum
aliquod obligaverunt ad observandum predicta realiter et personaliter
cogentur omni exceptione et cavillatione omissis et
omni iuris obstaculo pretermisso sin modum et formam
pactorum inter ipsos factorum et initorum si vero Vicarius
iudex et alii officiales fuerint negligentes in predictis pu=
niantur in xxv libr. den: et hoc idem servari faciant
et debeant in his qui domum communem habent cum domus sive
tignamentis edificium sit commune.

De fabricibus edificiis communia

De frigiaturis perzarum auri vel argenti vel incentivis non portandis Rubrica xxvi.

Statuimus et presenti deliberatione firmamus et districtius
inhibemus quod nulla domina nobilis vel popularis possit nec
debeat portare in capite girlandam vel aliud ornamentum
nisi valoris duorum florenorum auri et non ultra et in pannis
[illegible] abbottonatura auri vel argenti usque ad quantitatem
ornatorum inter tunicam et guarnachiam, et nulla domina
cuiusque conditionis liceat portare in suis pannis aliquam
frigiaturam excedentem quantitatem seu valorem unius flo=
reni, et sic etiam liceat alicui predictarum dominarum portare
centuram aliquam deauratam de argento nisi usque ad pondus
duodecim unciarum pena et banno decem librarum pro
quolibet et qualibet vice, quod contra factum fuerit et

aliquam

in aliis predictis et vicarius qui pro tempore fuerit teneat et debeat vinculo iuramenti quolibet die dominico et aliis festivitatibus solenibus et precipuis mittere ad ecclesias et alibi per plateas officiales suos ad rimandum et inquirendum pro predictis, et contrafacientes in dicta pena puniri ~

Quod castellani habitent in Terra tempore guerre R.ca xxvij

Quilibet castellanus Terre Saxi teneat stare et habitare in Terra Saxi tempore guerre cum armis decentibus si placuerit consilio generali contrafaciens vero solvat comuni pro banno vice qualibet decem libras et ultra secundum quod per ipsum consilium fuerit ordinatum

Quod nemo vendat domum alicui non solventi collectas sine licentia domini Vicarij R.ca xxviij

nota

Nulla persona vendat domum seu domos sive terrenum vel sodum sive casalena infra castrum et burgos Saxi alicui non solventi comuni Saxi collectas sine licentia domini Vicarij et Priorum et qui contra fecerit solvat vice qualibet banno centum libras, et ipsa venditio sit cassa et nullius valoris ~

Quod nullus accipiat de lapidibus murorum seu palanchis stechatis comunis et pontium et fontium R.ca xxix

Siqua persona attentaverit accipere lapides de muris Terre, sive burgorum Saxi seu de aliis pontibus vel fontibus positis in districtu dicte Terre contrafaciens in x libras denariorum vice qualibet condemnetur et iis regimen pro tempore existens procedere teneatur et debeat et hoc idem intelligitur in stechatis vel de stechatis Terre predictis, et burgorum ipsius ~

De lana et filo falso non laborandis Rca xxx

Quecumq. persona operatur et facit, seu operari facere voluerit artem lane in Terra Sax.te vel in suo districtu in arte ipa non audeat vel presumat laborari seu operari facere modo aliquo falsam lanam sive falsum filum sed teneatur et debeat bona fide sine fraude aliqua ipsam artem bene et legaliter operari facere solum ex lana pecudum arietum et agnorum et rorer ex aliqua alia lana, quis vero contrafecerit solvat vice qualibet pro banno xxv libr. et nihilominus lana vel panni contra formam predictam operatam et operatum in igne in platea magna publice comburatur

nota

Quod nec in Terra, nec in districtu Sax. operetur lana vel pannos certorum forensium Rca xxxi

Nulla persona in Terra Sax. vel suo districtu possit nec debeat pannum aliquem texere, nec aliquo laborerium lane modo aliquo operari vel facere alicui forensi de Terra in qua panni lane qui fiunt in Terra Sax.te et suo districtu portari, nec permictuntur. Que vero persona contrafecerit condemnetur in xl sol. den. et quilibet possit contrafacientes accusare et habeat medietatem banni, et eius sacramento cum dicto unius testis credatur

nota cum illis de hebes qui ccelebant pannos hic et nostri (?) genti hoc et vadant in consule terra

De filato lane dato ad texendum et de reassignatione panni ex eo Rca xxxii

Quia interdum textores et textrices sum filatum lane quis traditur ad texendum pannum ex eo facto non reassignant, neum stibunt circa quantitatem quam debent de ipso filato, providentes

et volumus etiam quod mercatori danti filatum ad texendum credatur
super quantitate qua differerit pannus factus ad rationem filati
ad texendum dati usque ad quantitatem unius pelle a bisso mercatore
solemniter recepto, Et hoc locum habeat si mercator fuerit persona
fide digna et approbata per Priorem lanificij dicte terre, et in libro mer:
catorum, et inter mercatores antiscripte

notate

mercatores

De fide adhibenda scripturis danti lanam ad filandum

R.ca xxxiij

Si quis mercator castillanus comunis sub(?): vel ipsius comunis onera substinens,
lanam dederit ad filandum in repetendo lanam ipsam a filatrice credatur
solum dicto et scripture ipsius usque ad mediam pensam lane ad
sive appareat et apparere debeat ipsa scriptura testis unius qui
filatricem cognoscat aliter facta scriptura non credatur

non credatur litteris mercatorum sine teste

Qualiter laboratores laborent terras et vineas et quibus temporibus

R.ca xxxiiij

Laboratores qui laborant possessiones et vineas teneantur et debeant ipsas cultare
magnificare et frangere de mense maij, Iunij et Augusti; et vineas
zappare(?), zappare et occare de mense aprilis maij, et Iunij,
secundum qualitatem terreni, et vineas ad laborerium conductas et similiter
in sentenarijs(?) observetur. Terras quoque ad petitionem domini congruis tem:
poribus debeant laborare, et seminare, Qui vero contrafecerit solvat
eo ipso banno XL sol. den.: cuius banni medietas sit comunis, et alia medie:
tas sit domini, et damnum, et interesse emendet domino rei ipsi vero
laboratores teneantur et debeant domino rei quam conducerent cartam
facere ad eius domini petitionem quod si quem facere recusaverint [illegible]
ad ipimus compellantur Dominus rei autem etiam eas promissiones(?)
et pactas inter laboratores et locatores factas et habitas tene:
atur observare, et illas facere observari ipsi conductori

de eis qui non laborant possessiones debitis temporibus

pacta servanda sunt inter locatores et conductores

pupilli non teneantur solvere laborerium per tempus conducti. Si autem fuerit conductio ultra unum annum, sunt teneti [illegible]

durante tempore conductionis decesserit remanentibus ex eo pupillis tantum eius heredibus ad tale laborerium faciendum qui pro residuo temporis teneri nec compelli possint nisi pro uno anno tantum quo dictus conductor decesserit

De blado non extrahendo de possessionibus et de uuis non pistandis sine presentia Domini Rubrica xxxv.

con[tra] qui redderet granum de laborerio

Quicunque laborator uuas pistauerit vineae alterius seu granum uel bladum aliquod extraxerit de terra alterius quam laborat uel insacchauerit, aut in saccum trahi fecerit, siue vineae siue terrae domino non presente siue nuntio in xl solid. comunium condenetur. et terraticum sub stricto iure domino reddere compellatur. quod si laborator domini requisiuerit ante omnia denunti et domino Vicario uel iudici et si hoc laborator fecerit et dominus requisitus non iuerit uel messuerit non teneatur laborator ipse ad dictam penam etc.

De conseruatione Iuris laboratorum et conductorum possessionum et rerum venditarum et alienatarum Rubrica xxxvi.

Laborator durante tempore laborerii de coptimi non potest ab emptore nec in laborerio molestari

Quicunque Castellanus sax[?] possessiones ad laborerium uel ad coptimum usque ad certum tempus a duobus annis citra locauit uel in futurum locauerit alicui castellano et illam uel illas iure laboratoris non excepto vendiderit nihilominus Ius et pactum laboratori seruetur illesum et ab emptore non ualeat molestari et Regimen ipsum ius et pactum laboratori faciat obseruari nec venditor teneatur emptori in parte conseruare laboratori aliquid resarcire nisi inter eos contractum fuerit aliud specialiter conuentum laborator aut ius quod habet in re vendita uel alienata alteri uendere uel alienare non possit, Sed si dominus rei proprietatem uendiderit teneatur laborator se ipsius emptoris laboratorem facere et ad predicta Regimen ipsum cogat sine strepitu et figura iudicij viso solummodo instrumento emptoris dictae rei et locum habeat tam in preteritis quam in futuris. liceat tamen domino rei ad coptimum uel ad

951

laborerium locare finito tempore laborizij uel costum ipsius tenutam reaccipere et tenere in sua propria auctoritate sic liceat heredibus ipsius &c.

De possessionibus, ex quibus collectæ non soluuntur comuni ab aliqua persona non laborandis R.a ca xxxvij.

Nullus forensis in nostro districtu aliquas possessiones, de quibus collecta non soluitur in comuni audeat laborare, et qui contra fecerit soluat comuni pro banno xxv libras & de predictis inquirere possit Vicarius et sui officiales ad petitionem cuiuslibet postulantis, et ipsarum possessionum fructus accipi faciat pro comuni. Si uero castellanus saxoli ipsas possessiones laborauerit soluat comuni pro banno centum solid. et saluo quod si laborator uoluerit dicto comuni soluere collectas pro ipsis debitas ad bannum predictum centum solid. non cogatur. Immo Vicarius dicto laboratori soluenti teneatur prestare auxilium, consilium et fauorem, ita quod de solutione predicta de bonis Domini dictæ terræ sine dampno aliquo conseruetur, predicta quoque in aliquo predictorum non vendicent sibi locum in possessionibus ecclesiarum & monasteriorum & de predictis inquiri debeat per Dominum Vicarium de mense Junij.

De collectis soluendis a forensibus pro possessionibus quas habent in nostro districtu R.a ca xxxviij.

Quicunque forensis habens possessiones aliquas in districtu saxoli pro ipsis possessionibus teneatur et debeat collectas soluere in dicto comuni & pro ipsis respondere ut alij castellani faciunt teneatur autem ipsi forenses possessiones sic habentes ac etiam laboratores ipsarum omnes fructus quos ex ipsis possessionibus habuerint ad terram saxoli deferre expensis eorum quorum sunt ipsæ possessiones quod si contra fecerint tam laboratores quam domini ipsarum possessionum soluant

[Margin notes:] uide s. R.a ... et infra ... R.a ... unde ... capitulo ...

grani fructus et recollect. ... non ... expendi sine licentia

comuni pro bano pro qualibz salma x libras sine licentia dominorum vicarij et priorum & quod satisdet idonee de soluendo omnes collectas quas pro ipsis possessionibus soluere deberet et aliter homines de parrochia non permittant fructus extrahere aliter ipsi teneantur ipsos collectas soluere de suo. Vicarius uero tpe quo recolliguntur fructus ex ipsis possessionibus suum notarium aut aliquem officialem ad querendum de predictis teneatur destinare &c

Quod nullus laboret possessiones non appassatas R ca xxxix.

Nullus terrigena seu laborator terrae sarti. debeat sine licentia dni vicarij, laborare possessiones non appassatas pro ipso comuni nec pro qbus ipsi comuni collectae non dentur: qui uero contrafecerit soluat comuni pro banno x libras et vicarius teneatur contra eos procedere vinculo iuramenti ad petitiões cuiuslibet postulantis Regimen suo officio teneatur etiam inquirere a sindicis parrochiarum de forensibus habentibus possessiones in eorum parrochijs & laboratores ipsarũ cogere ad soluendũ collectas pro possessionibus ipsis.

Quod nullus laborator ad pretium conductus accipiat ligna R. ca xl.

Nullus laborator ad pretium conductus audeat de vinea alterius nec de locis alijs in quibus steterint ad laborandum cannas siccas uel alia ligna auferre uel portare seu portari facere nec etiam uuas nisi expressa licentia et uoluntate domini, de qua licentia seu uoluntate si data uel habita fuerit credatur et stetur sacramento dni id iurare uolentis. contrafaciens uero vice qualibz soluat comuni pro bãno x. solid. liceat tamen conductoribus vinearum cum reficiunt vineas de lignis deportare de uuis comedere &c.

De scambijs non ponendis ad Portam R ca xli.

Nullus mittat uel ponat scambium de die ad portas sine licentia dni vicarij

Quecumque persona sive damnum aliquod dederit in vineis hortis pratis salictis sive cannis canetis silvis [illegible] arboribus fructiferis bladis seu aliis fructibus sive locis aliis quibuscumque, si de die condemnetur pro qualibet et qualibet vice in XX sol. den. si vero de nocte in xl sol. et in emendatione damni secundum extimationem faciendam per sacramentum eius cui damnum datum fuerit cum dicto unius testis, a X annis supra; et ad probationem cuiuslibet praedictorum semper sufficiat dictum unius testis etatis predicte maioris, solo vero sacramento accusatoris credatur de pena usque ad quantitatem V. sol. et ad emendationem damni in tantidem, si vero de nocte credatur in duplo dicte quantitatis, In damnis vero datis de nocte fame probatis per tres testis sufficiat, et si quis aliquis repertus fuerit seu portare vel in sua domo aut alibi habere uvas, olera, cannas, lignas, plantas sive ramos arborum fructiferarum, poma, bladum seu fructus alios sive res alteri damnificatas et accepta et denuntiatum fuerit regimini, et officialibus dicte terre et infra tertium diem per officialem statuendum non monstraverit vel fidem fecerit unde res ipsas vel ipsarum altera habuerit, collegerit, vel receperit absque alia probatione pena simili puniatur; Preterea si que bestie aut animalia damnum dabunt in bonis alicuius, dominus ipsarum bestiarum aut animalium pro qualibet bove capra, equo vel asino solvat comuni pro banno vice qualibet X sol. pro qualibet pecude ij sol. den. pro quolibet pullo seu alio bipede VI den. Pro quolibet porco in vinea plena, in orto in blado quolibet X sol. den.

Dicta probatio privilegiata Lanfranc. c. 49. vide Gamb. de quest. et terminat. 8. col. c. 19 et 80 ubi quod dictum familiaris non [illegible] recep: c. 256. Lanfr. c. [illegible] in c. 12 col. 33. ibi affirmat.

Nota quod accusatus cum iuramento non tenetur nisi appareat damnum ut per lib. reformat. l. 7. ad c. 123. et per propria pag. c. 30.

Accusare nomine alieno nemo potest Arytus [?] in flo: [illegible] c. 121.

Testis in dd. debet esse idoneus ut infra ... et quod importet idoneus unde glo: in tit. ibi signat unde s. lib. 5. c. 68.

Si vero dannu dederit in clausuris bladatis et alijs siluis leuatis et alijs terris arbratis seu bladari solitis infra triennium seu in saleetis guardatis tales, seu quibus alio modo prohibitis pro herba ibi habenda soluat quolibet boue, equo, capra uel asino v. sol. quolibet pecora ij sol. quolibet porco xvij den. In alijs vero locis s. dd. sicut in dictis locis soluat tertiam partem supradictorum quantitatum pro predictorum. Si accusatus uel denuntiatus fuerit quod dominum rei et alter procedi non possit per inquisitione uel denuntiatione alicuius de contentis in hac particula. Qui vero bestias aliquas seu alia animalia dd. et danna studiose custodierit tempore quo damnum fecerit soluat eorum bano uice qualibet, si in casibus supra in cap. Preterea xx solid: In casibus s. d. si vero x sol. In casibus s. d. in alijs uero v. solid:

Custodiens animalia in danno punitur pena duplici in supradictis capitulis,

Si quis vero intrauerit possessionem alicuius causa extrahendi bestias ab ide danna dantes et eas extraxerit pro solo in triibe pena aliqua non incurrat, si aliud damnum non fecerit, si quis vero sorentis quis in habitaret in terra sorp. uel eius districtu damnum dederit in bonis alicuius viri castellani, ipse uel eius bestijs soluat pena duplam

Pena duplicatur forentibus

Permittimus insuper et uolumus quod laboratores possessionum seu habens eas ad costimam s. dd. in ipsis possessionibus liceat accusare

Laboratores et costumatarij possessionum possunt accusare unde s. d. c. ... secundum est de iure communi quia colonus non potest accusare. Bertus in gl. ... dolosa c. 14.

De canibus retinendis ligatis certis temporibus

Cap. V.

Canes retineantur et retinere debeat ab ijs quorum sunt ligati ita quod dissoluti non uadant a festo s. Mariae de mense Augusti usque ad diem x octobris. Qui vero contrafecerint uice qualibet puniatur in v. sol. et si dicto tempore canis alicuius intrauerit uineam aliquam uel in ipsa uinea alterius damnum dederit dominus canis soluat eorum bano

Pena canis d. d.

unce qualibet quinque sol. Si accusator vel denuntiator denuntiaverit accusationem cum uno teste a x annis supra probaverint, liceat tamen hominibus et personis parrochie S. Crucis de Casaliete, S. Felicis et S. Patrignani de Rivo retrovi et aliarum parrochiarum de Montanea et inter montes existentium et titarum dicto tempore retinere canes non ligatos dummodo parochiani cuiuslibet dictarum parrochiarum seu cuiuslibet earum seorsum se deliberent inter se ad vineas custodiendas partes ipsorum in concordia si voluerint dicto tempore canes retinere non ligatos de hoc constet per publicum documentum, et nihilominus si canis aliquis damnum dederit puniatur secundum formam statuti.

Nota de canibus existentibus in parrochijs Montanearum

De dannis occulte datis et de modo et forma procedendi in eis. Rubrica VI.

Si quis probatus fuerit dare damnum in aliquo loco licet cogatur aliud solvere tamen debet ei concedi licentia querelandi iterum pro alio passu c. 30 et c. 19.

Quando uno tempore aliquid licet et alio non, semper debet interpretari de tempore licito ia. c. 15

De dannis et super dannis occulte datis et dandis dicimus et presenti statuto firmamus quod procedi debeat modis inferius declarandis videlicet quod ille cuius sic damnum dabitur in bladis vineis, solechis canetis et ortis, messis domibus, palearisque arboribus fructiferis et silvis leviatis ac et animalibus coram officialibus comunis ipsius castri compareat et de ipso damno querelam exponat damnum continentem quod continet locum et tempus et qualitatem et quantitatem damni cuiuscumque querela sic per eum exposita, judex dicti comunis recipere teneatur et debeat per notarium predictum scribi facere singula opportuna usque ad finem processus et exponenti ipsam querelam terminum statuat trium dierum ad probandum per eum exposita super quo non recipiantur ultra quatuor testes de parrochia predictis modo et publicet

processum et uideat si probatum est et quantitate et qualitate damni uel non, et si probatum non est minime procedat, et si probatum est et damnum fuerit v. sol. et ab inde infra emendet usque quatuor contrade, si deruelaverit malefactore, et si damnum fuerit, a quinque sol. supra usque ad xx sol. tunc tante familie propinquiores loco ubi d. damnum datum fuerit, et requirantur quante sufficiant ad emendatione dicti dani ad ronem xii de. quolibet familia, unius tamen idoneus pro qualibet familia ipsarum precepto teneantur compareat coram ipso iudice ad emendandum ipsum damnum uel ad consignandum malefactore et si malefactor inueniret probationibus legiptimis uel per famam publicam probatam per quinque testes idoneos quae probatio legiptima habeatur malefactor cogatur ad emendationem dani in duplo et in quadruplum et pene nomine condenetur si autem malefactor huiusmodi dicti non poterit fiat emendatio supradicta per familias supradictas, si autem damnum fuerit a xx sol. supra usque ad c. sol. proximiores homines vi. idoneos de quolibet familia proximiori loco ubi damnum datum fuerit requirantur, et habeat coram iudice supradicto et coram uolerit. quam iudex ab ipsis proximioribus diligenter de ipso dano et malefactore exquieratur illius, et si malefactor haberi poterit probationibus legiptimis uel publica fama ut supradictum est in malefactore procedatur ad emendatione dani et ad penam sicut supra continetur, quod si malefactor ipse haberi non posset debeat fieri emendatio ipsarum per familias propinquiores loco ubi damnum datum fuerit ad ronem ii soldorum per qualibet famili cum declaratione et extimatione fienda de ipsis familijs, et dani per duos homines prendendos per dominum uic.m et priores. Si uero dd. fuerit, a c. sol. s. dicto modo usque ad x lib:

Utrum defensio facta per unum ex probatis prosit alijs probatis in querela dicte partis si eadem res, et causa defensionis subsistit uide domi in suis reg: iuris rati habitione retrotrahi et mihi quod res est dubia comparat g. defensione c. 1.

Fama e legi. probatio in dd. sed debet iurare alter rei scire ueem malefactore et per prai. pag. i. et ambit. l. 4 c. x. cl. 14

Vide ans. cap: 208. quibus loco uiti culpa ipsius dni damnum passerent vide singulariter ingle: Andreae auxiliatur circa finem cap. 130 ubi et passus damnum tenetur unus cum alijs si sit uicinus

emendatio dicti damni fieri debeat per familias propinquiores loci ubi dd. fecerit,
ad rationem iij sol. pro qualibet familia a xxv lib. s. citra emendatio
dicti damni fieri debeat per familias propinquiores loci ubi dd. fecerit
ad rationem iij sol. pro qualibet familia. Si quis talis malefactor
ignem immiserit in bladis, metis, paleariis et capparis que non ha
bitant in qualibet casu huius statuti condemnetur in c. lib.
si vero in domibus ... vel capparis que ... familie
condemnetur in quinquaginta lib. et damnum passis emendet in duplo,
familie propinquiores in loco ubi dictum damnum datum fuerit
sic declaratione familiarum et extimatione damni fienda
per superius dictum est ipsum damnum emendare teneantur.
ita tamen quod nulli tangat ultra quantitatem iij sol. den. de quibus
damnis fieri debeat antequam ad executionem procedatur extimatio
ac et familiarum per primam ... dicti damni declaratione per duos
bonos et legales homines fiendas ut s. qui boni homines,
eligantur in qualibet parrochia per dominos vicarios et Priores
tempore quo alij officiales eliguntur. Malefactores vero
predictos condemnatos de predictis nulla persona debeat receptare
Qui vero eos receptaverint ad emendationem damni et ad solutionem
condemnationis et dicti ... facta pecuniaria ...
... compellantur facta fide ... et officialibus
de receptatione predicta per duos testes idoneos, Prohibemus
... querelle predicte per predictos fieri possint et super
predictis permittatur alijs ab aliquo officiali dicti communis
... per eius audiri non debeat et si audiret ...

Pro crematis metis et palearia

contra incendiarios vide Const. l. 4. c. x. et bannimentorum ... et legatorum ...

vide Ventur. stylum in verbo fama pub. c. 22

Pena receptatoris malefactores

Receptatores incendiarii teneantur ad idem ...

118v

no valeat nec teneat ullo modo et hoc et talia gravamina que personis habitantibus in villis a certis procuratoribus ... dd consueverunt inferri esset ab eis ... et ablineat et aliis ... familias attentare transferat: potius in exemplum

De capris non tenendis infra certas senaitas et de pena dani dati ab eis. Rca. vij

Capre non teneantur nec teneri possit aliquo modo aliquo nisi in infrascriptis parrochijs vz in parrochia S. Stefani de Avellis S. Venantij de Venathuris S. Bartolomei de Castiglione S. Egidij de Gladijs S. Cerviaij de Ageridan S. Savini de Licet S. Salvatoris de monte Lame, S. Felicis S. Christofori de Casarella, S.te Crucis de Casalvente S. Paterniani de Rivo retroso, S. Miliani de Valle, S.te Marie plebis Ceppeti, S. Giminiani de Aspro S. Laurentij de Collenovis S. Erculani de Ganillo S. Aristi de Collepuro S. Donati de Maggesi S. Nicolai, et S.te Marie de Dole, S. Stefani de Dermetana, S. Laurentij de Colle alto S.te Marie de Cerro, et qui contrafecerit solvat comuni bannum pro qualibet capra et qualibet vice x sol. ravennat. b, et si aliqua capra damnum dederit in bonis alicuius domini capre pro qualibet capra et vice qualibet solvat comuni pro banno penam

7 domus capre teneat. pro capra

pena declarata supra de et in statuto de danis nō dandis damnus satisemendare teneatur, et accusator sive denuntiator habeat medietatem bani, quilibet vero possit contrafacientes accusare et habeat medietatem bani, volumus preterea quod potestas possit dare licentiam cuilibet indigenti pro necessitate retinere extra dictas parrochias unam capram tantum sine pena

Una capra potest retinere cum licentia

De Grege pecudum et de pecudibus signatis ab igne non morandis in districtu Saxi. Rubrica vij

In districtu seu territorio Saxi per aliquam personam retineri non possit pecudes castrone aliquae signatae ab igne ultra numerum x, nec ullus grex pecudum sive turba animalium que duceretur extra districtum Saxi numero L vel supra maiori possint in dicto districtu et territorio ultra tertiam diem, qui vero contrafecerit retinendo pecudes ipsas castrones ab igne signatas vel grege sive turba predicta ultra dictum tertium et numerum pro quolibet centinario et die quolibet qua steterit in c sol. den: incurrat et puniatur Potestas et sui officiales possint ex eorum officio super predictis inquisitionem procedere ad petitionem cuiuslibet postulantis sine aliqua intimatione vel accusatione et postquam eis denuntiatum fuerit statim mediatam banni eorum et tergetialis in tantum quantum bene ipsum et animalia

119v

expellant ex dicto territorio, si vero pro(dic)ti fuerint negligentes in predictis
solvat co(mun)i pro banno x libras, et quolibet vice et dannum passo emendet
Potestas et super predictis teneatur et debeat vinculo iuramenti
ex suo officio per inquisitionem procedere

De animalibus accoltis in damno alterius et de pena recipientis accolligentis R(ubric)a Viiij

Siquis in suo dan(n)o aliquod animalia invenerit illa possit accolligere
et camerario co(mun)is assignare sine aliqua pena et banno, et ab ipso
qui ipsa animalia accolliserit recepto sacramento quod in suo dan(n)o
ipsa invenerat quod habeatur pro plena probatione. Domini animalium
condennentur pro quolibet animali secundum formam statuti loquentis de dannis
datis, si de dannis ac (?) probatum fuerit, si quis vero aia(n)=
lia accolta accolligenti vel domino recaeperit aut ipsa camerario
co(mun)is non promisserit assignari solvat co(mun)i pro banno xl sol(idos) den(ariorum): rave=
natensium et tribulinorum. De predictis et de omnibus invectis in suo
danno sacramento stetur accolligentibus, eo salvo quod si domini
animalium accolliecte fraudaverit animalia ipsa accolliectam alibi quam in dicto
danno accolligentis seu invenientis ipsa ut dictum est solvat co(mun)i pro
banno accolligens duplum eius quod solvere deberet dominus animalium
si in damno accolligentis ab eis accolta fuisset

Nota quod quis in sua (?) importat dominium
ideo quod non liceret (?)
Vide lanfran: in l. nendiq(ue) (?)
in apostillis c. 50
Idem Angelus in apostillis
c(apitulo) 136. 137. 138. item
vice filius qui impupavit (?)
dominus Angelus c(apitulo) iiij.
Iuramenti hoc vide per ... pag:
c. 30 debet prestari dominus
lanfranc. in apostillis
c(apitulo) 159. iij Angelus in
glo: siue de ... 191
Iuramentum probat hoc cam(erario), et inventi-
onem et dominium ut per Barto-
lum in tractatu de testibus
car: 84. 87. Colono non licet
accusare Angelus in glo. siue ... de ... c(apitulo) 191.

Item accusare nomine alieno nemo potest Aretin c(apitulo) 121
lib. ... mallos. et qui prestit (?) pro alio accusare vide c(apitulo) ... lib. 6. 2. c(apitulo) 8. Contra forenses tamen ...
... pena duplicat ... c(apitulo) 27, et ibi forenses non ... esse ... c(apitulo) ... pena
21. lib. Accusator in damnis datis non probans sua accusatione non tenetur solvere pena sicut accu=
sans criminaliter ... lib. 2. c(apitulo) 54. Accusatori et testificanti ... barbatis ... in tractatu
de testibus c(apitulo) 84. licet statutum disponat debere stari iuramento ... admittit ...
... c(apitulo) 51. ... de actis

De Animalibus inventis camerario assignandis R.ca x.

Si aliquis aliquod animal quod credat amissum invenerit et cuius fuerit ignoraverit, illud camerario communis predicti debeat assignare, qui assignato camerarius ipse ipsum animal ad catenam communis alliget et ibi ipsum dimictat. Camerarius vero animal sibi taliter assignatum illi cuius fuerit ipsa die vel sequenti restituat, et dominus animalis dicto camerario ac etiam inventori expensas quas pro dicto animali fecerat restituat cum effectu. Si vero in x dies cuius fuerit dominus non poterit [illegible] et pauperibus erogetur, et inventores animalium ipsa camerario supradicto infra tertiam diem assignare debeant pena xx sol. et restituere animalium vel extimationem in duplum.

Animal perditum pauperibus erogetur

Animalia inventa infra tres dies assignari camerario, alias in duplum

Quod nulli liceat pasculare animalia in cimiterio alicuius ecclesie R.ca xi

Prohibemus districte ne alicui persone liceat in cimiterio alicuius ecclesie animalibus pasculare. Qui vero contrafecerint ibi animalia pro custodiendo solvat communi predicto vice qualibet xl sol. Si vero animalia alicuius pascularent in cimiterio alicuius ecclesie dominus animalium pro qualibet bove vacca vel porco condemnetur in x sol. et pro qualibet alio animali xii den. qualibet vice, et de predictis cuilibet sit licitum accusare et habeat medietatem banni.

De Pullis et columbis non capiendis nec occidendis R.ca xii

Nullus p[er]sona audeat vel presumat capere vel occidere aliquem columbum vel pullum alienum, q[ui] faciet, [pro] q[uo]libet pullo in x sol. co[mmun]i pene no[m]i[n]e condenet[ur] et cuilibet liceat contrafacientes accusare et h[abe]at medietatem banni. Regime[n] dicte terre d[ic]tis [pre]dictis singulis co[n]cedere possit et debeat ad petitione[m] cuiuslibet postulanti[s] eorumque testis [pro]batis ad [pre]dicta sufficiat, et nemini liceat accipere ad pagelli[s] aiolis, nec ad circhinum nec alio modo ad palumbos cu[m] predictis uti in diebus testibus probaverit ad aliud de auceupasse de p[re]dictis possit inquiri.

Vide super hoc constit. posit. sub l.° q.° si. ac et brevi actar[um] [illegible] et particularia.

De fractione membror[um] vulneratione et occisione a[n]i[m]alium. R[ubrica] i. xiij

Quicumq[ue] percusserit vel vulneraverit a[n]i[m]al alicuius vel ei aliq[uo]d membrum fregerit si fuerit de a[n]i[m]alib[us] parvis solvat co[mmun]i bando ij sol. si de magnis solvat xx sol. si vero interfecerit magno c sol. parvo xx sol. ra[ti]onabilius co[mmun]i p[er]solvat et emendet damnum patienti in casu q[uo]libet predictorum de estimatione dam[n]i usq[ue] in v sol. credatur sacrame[n]to patientis damnum ab inde vero supra usq[ue] ad xx sol. [pro]batio sufficiat unicus testis ab inde supra [pro]bet legitime.

Occidere cane[m] damni dante[m] n[on] est pena ut [per] gard. c. 31.

De cippis et tuliis n[on] carpiendis

Nullus de terra Saxi audeat aut districtu accedat vel p[re]sumat fodere vel carpere seu extrahere cippos alicuius

de silvis coi sax^t. ac et de silvis alicuius universitatis vel ville qui vero contra fecerit solvat coi pro banno pro cippo quolibet quem foderet vel carperet decem sol. et cuilibet delinquentis liceat accusare et habeat medietatem banni, qui aut foderet extrahe ret vel carperet cippos de silvis alicuius specialis persone sine voluntate cuiuscumque est solvat coi pro banno pro cippo qlibet x sol. et damnum patienti emendet

Quicumque proiecerit lapides in ecclia et domibus S.ti Nicolai de Dos[...] solvat coi pro banno C. sol: si vero in vineis vel alijs bonis d. ecclie solvat x lib. et cuilibet liceat accusare cum statione unius testis.

De eo qui lapides ex sua possessione extraxerit xvi

Quecumque persona extraxerit vel extrahi fecerit lapides de sua possessione et in via coi vel iuxta eam posuerit seu poni fecerit et lapides illi devinerint seu si essent in casu de facili posse labi et mergi in possessione alicuius vicini ille qui lapides ipsos extraxerit vel extrahi fecerit teneatur lapides ipsos de possessione seu de via in qbus sunt recolligere et levare infra x dies postquam sibi denunciati fuerit, et si pred. facere recusaverit in xl sol. pene coi condenatur et ad probatione minus sufficiat iuramentum duorum testium de credulitate

De aqua pluvie damnificante vicinum in sua possessione xvii

Vide s. lib. 4 R.a 75. et lib. 90. R.a 40 Si aqua pluvia in terreno sortis vel re alicuius congregata fluxerit in rem seu possessionem alterius intraverint et eam dam[...]

121v

ficaverit fodendo sublimando vel ibi aliquid apponendo ut petra lapides vel arena vel aliud per quod vicinis aut damnum aliud faceret dominus rei in qua et per quam congregata fluxerit et venerit aqua damnum passo emendare teneatur et ipsam aquam tollere aptare et ducere ad locum publicum per suam rem propriam derivare quod vicinis nullum preiudicium faciat ad petitionem cuiuslibet postulantis quod si non fecerit post postulationem aliquam damnificaverit ipsa aqua solvat curie pro banno X libras et de his iudex dicere possit et debeat sine strepitu et figura iudicii cognoscere quae omnia locum habeat in omni opere manu facto ac etiam preteritis presentibus et futuris

In operibus manu factis summarie debet procedi

De sublimatione limitorum. R.la XVIII

Possidentes iuxta limita a parte inferiori iuxta vias vel alibi ubicumque non possint nec debeant iuxta ipsa limita laborare aliquis seu aliud laborerium facere per quod possint ipsa limita sublimari et qui contra fecerit solvat curie pro banno vice qualibet centum solidos. Permittimus tamen et volumus quod licitum sit cuilibet subtus limitem laborare in suo proprio dummodo non sit in damnum et preiudicium vicini, nec alterius persone et si damnum fecerit vicino emendet in duplo et nihilominus in dicta pena puniatur

De serviente, qui damnum dederit in rebus domini

Famulus qui sua culpa in rebus domini damnum dederit illud emendare teneatur ad extimationem faciendam per dominum [illegible]

Liber Quintus

Quod quilibet vadat ad fundum suum, et via possessionum publicam XX

Quilibet vadat ad fundum suum per viam et sua possessione si poterit per viam publicam antiquam et non per fundum alterius contrafaciens vero si fuerit denuntiatus solvat pro banno vice qualibet X sol. et ille qui eum denuntiaverit vel accusaverit habeat medietatem banni predicti; item quod nullus exeat de via publica causa eundi per agrum alterius vel vineam nisi via esset sic apta quod non posset eam libere pertransire contrafaciens vero solvat pro banno vice qualibet V sol. ad accusatorem damnum passi et non aliter

Per fundum alterius nisi prohibeatur unicuique liceat ire secundum Sanum [?] 15 [illegible] de [illegible] 14

Si via non est bene apta potest ire per fundum alterius impune secundum [illegible] infra 26

De plantatione olivarum et de pena incidentium XXI

Quilibet de terra sax. et eius districtibus in libra communis predicti XXV lib. teneatur hinc ad quinque annos in suo terreno plantare seu plantari facere quinque plantas olivarum. Qui vero habet in libra L lib. X plantas omni anno plantare faciat. Et qui contrafecerit solvat communi pro banno XX sol. Qui vero olivas seu olivarum plantas vel ramos inciderit solvat penam duplicatam quam solveret si damnum daret in aliis arboribus fructiferis ut in statuto de damnis non dandis continetur

De pena non inferendo damnum dantibus in possessionibus non appretiatis [illegible] XXII

Prohibemus damnum dantibus in rebus et possessionibus et quibus

Liber Quintus

122v

servitia eoi non fierent et in libro appar.ty d. ... non fuit scriptus bona pena aliqua inferatur ... procedi ... possit nec quis valeat condemnari sed si ... accusator ... vel ... penitus absolvatur exceptis bonis ... bonis condemnatis, et ... de ... dicte terre ... ab ... et ... et vineis ... dorum Sap.ti predeam

Vide supra lib. 4. Rub. 37. In fine et capitula primis

De famulis et pactualibus alterius ad obsequia personalia et pena d. d. abeis Rub.a xxiij

Ad hoc ut famuli et pactuales alterius serviant ... et ... et indebite non graventur statuim. q. nullus famulus vel pactualis alterius qui stet ad expensas d.ni et cuius moretur in domo possit eligi ad aliquod officium et si eligeretur electio non teneat ullo modo si ipse electus vel d.nus ... in ... electi tempore electionis pactualem fuisse, et nullus pactualis alterius de terra et districtu Sap.ti qui ad pactum stet ad aliquod serviendum sine fraude teneatur ad custodias dum steterit ad ... serviendum. Si vero famulus vel pactualis alterius ... dederit in bonis alterius solveat ... qualibet vice ... xx sol. ... et damnum ... in duplo in extimatione fienda ... damnum passo seu d.no rei in qua damnum dederit et de predictis stetur sacramento accusatoris cum probatione unius testis et cogantur ipsi famuli ... solvere condemnationes dani extimati

Qui stat cum alio non tenetur ad custodias

Famuli pro ... d.d. teneantur in xx sol. ... duplum damnum passo de quo dannum stetur sacramento d.ni

Hic debebat esse statutum quod unicuique liceat tenere in terra Sap.ti anseres et anatras statuto aliquo non obstante

De porcis retinendis ligatis Rub.^ca^ xxxv

Quilibet h(abe)ns porcos in terra et burgis sax(ofer)^ri^ tenere debeat eos in domo ligatos, ita q(uod) n(on) vadat p(er) plateas et vias, qui vero contra: fecerit solvat co(mun)i pro bano vice q(ua)libet x sol: salvo si condu: cerentur ad vendendu(m) vel si rusticus iret post ipsos et hec om(n)ia habeat locu(m) inter d(omi)nos et p(er)sonas habitantes conti: nue in terra et burgis sax(ofer)^ri^. Et eius pred(ictu)s p(otes)tas et eius officiales possint et debeant p(er) inquisitione(m) procedere ex suo officio, et potes(ta)s sive semel in ebdomada mictere teneatur et debeat ad vimandu(m) pro ipsis porcis

Quod non habentes vias eundi ad possess(io)nes ipsorum possint easemere per prediu(m) vicini. Rub.^ca^ xxxvi

Statuimus et ordinamus q(uod) omes et singuli non habentes vias eundi et redeundi ad possessiones ipsorum nec et habeant habuerint possint et eis liceat ire, et redire ad d(ic)tas eorum possessiones p(er) prediu(m) sui vicini p(er) loca ubi minus dampnosu(m) ipsi suo vicino, dum(m)o viam ipsam emat ab ipso suo convicino et p(ro) eo pretio q(uod) declaratu(m) fuerit p(er) duos bonos ho(m)i(n)es ponendos ad predicta u(nu)s p(ro) parte d(ic)ti emptoris et alius p(ro) parte venditoris, p(ro) quo pretio d(ic)ta declaratione facta con: vicinus ipse, ipsam via(m) ei vendere precise compellatur non tamen habeat viam in possessionibus secundum in quibus via alias fuisset concessa nec p(ro)hibita

Nota q(uo)d non habentibus via(m) eundi ad possessione(m) et redire v(ide) Rub.^ca^ c.o

123v

De dannis datis, a quibusdam non facientibus obsequia cois et eorum penis, et de modo citationis ipsorum et quorundam aliorum non habitantium. Rubrica 27.

Statuimus et ordinamus quod si aliquis qui non faceret custodias et alias factiones in commune Saxi. ut faciunt alii castellani dicti cois [illegible] dampnum dederit in bonis alicuius castellani predicti in districtu Saxi solvat vice qualibet coi pro banno xl. sol. Si vero dd. cum bobus equis asinis capris et his similibus solvat cuiusque [illegible] qualibet dictorum animalium et qualibet vice ut s. xx sol. [illegible] solvat v. sol. [illegible] et [illegible] licitum sit accusare et denuntiare predictos et sufficiat denuntiatio vel accusatio unius cum uno teste idoneo, et accusator sive denuntiator habeat medietatem banni, et quilibet qui invenerit dicta animalia vel alterum [illegible] ipsorum in suo damno possit ea accolligere ducere et assignare camerario cois dicte terre, Et si tales damnum dantes cum dictis animalibus [illegible] impedimentum [illegible] quod dicta animalia ducantur et assignentur dicto camerario [illegible] recolligentem seu eam reacceperit sibi solvat pro banno coi xxv lib. ravennatensium Prefati damnum dantes hoc modo in custodiam [illegible] cum eos fiendis de [illegible] damnis citari et citari possint et debeant per preconem cois [illegible] preconia [illegible] ad fenestram [illegible] palatii d. terre [illegible] cum termino [illegible] dierum. Et ipsa citatio [illegible] facta habeatur

no facientes obsequia in dd. tenentur ut hic

capra habetur pro bestia grossa

In dd. bobus liberetur [illegible] pecus et [illegible] exceptione maior ut in glo: institutis tit. de in. stipulatione [illegible]

Cuilibet animalia licet accolligere [illegible] ducere camerario et assignare.

[illegible] qui reacceperit animalia recolligenda habet banni libras [illegible] facientibus obsequia [illegible] obsequia facientes tenentur [illegible] supra.

a plene et legipt.e citatione et processu pred. procedi possit et debeat contra accusati vel inquisiti de predictis ad ponendum ipsum in banno et sententiam condemnationis ferendam contra ipsum libere statuto communis vel lege aliqua in contrarium loquentibus non obstantibus. Preterea dicimus quod si quis de terra vel districtu Sax.o faciens obsequia realia et personalia dicti communis contra aliqua haberet vel habiturus esset civilem vel criminalem ex quacumque causa aliquis non habitans in terra vel districtu Sax.i sed retroactis temporibus ibi etiam fuerit habitare possit et valeat ipsum talem facere citari et requiri sub certis terminis debitis contra literis mandavit contra eum publice per preconem communis sono tube premissis alta voce preconia ad fenestras logie palatii assignando sibi term.m ad comparendum sub predictis coram curia d. domini Potestatis iudici uidebitur convenire, considerata distantia loci habitationis ipsius sic citandi et habeatur pro plene et legip.e citato ac si esset factum personaliter vel ad domum habitationis ipsius sic citati statuto vel lege in contrarium loquentibus non obstantibus.

Qualiter citari debeat qui alias solitus fuit habitare in Sax.o in causis quibuscumque civilibus vel criminalibus

De duobus viariis in qualibet parrochia eligendis 28

Per dominos Vic.m et Priores duo boni viri eligantur in qualibet parrochia totius districtus Sax. ..tini et in parr.is S.ti Augustini et S.ti Petri de castro in qualibet ipsorum duo de terra et duo de villis.

124v

Qui viarij omes siverent sotr in principio regiminis potestatis accusare et denuntiare omnes et singulos personas que devastarent et apprehenderent vel in aliquo lederent vias in eorum parrochijs ante terminationem aliquam faciendam de dictis vijs vel ipsarum altera et sine ipsam et post ipsam terminationem et si dicti viarij non fecerint in denuntiatione sic negligentes non accusando vel denuntiando delinquentes solvat pro banno viarijs quolibet mense non denuntiat xl sol. den. et nihilominus in puniendo delinquentes denuntiare teneatur. Potestas si negligens fuerit in faciendo observari predicta et delinquentes puniendo solvat comuni pro banno x lib. et qui fuerit viarius in uno anno esse non possit in alio ipse nec aliquis de sua familia

Officium viariorum est denuntiare occupantes vias et ea intermictentes reparationem et sinistrum vide de quibus in eo.
Pena viarij negligentis in denuntiando x sol.
et potestas reparare fieri non faciat solvat penam x lib.

De vijs publicis et vicinalibus et fontibus aptandis xxix

Vie publice debent esse expeditae late.
Vicinales vero 8. pedum

Omnes vie publice et vicinales totius terre et districtus eorum statuimus terminentur aptentur et reformentur ita quod vie publice sint expeditae et vicinales vie pedum ad minus et ubi maiores sunt in suo statu persistant ipsas quoque vias in qualibet balia et qualibet parrochia comunis cuilibet pro sua pars assignetur preparando aptanda et reformanda lapidibus et arena et fovee et possessiones illius parrochie qui ca... quem ordinatum extitent simul convenientibus intortitis ad ipsum

laborerium faciendum quod si ipsi invenerit aliquam seu aliquas vias publicas seu vicinales occupatas terminari debeant bonis terminis lapideis vel merollis, et res apprehensas integre restitui faciant et ad pristinum statum reduci sine fraude et ad petitionem cuiuslibet postulantis, aptationis et terminationis. Quilibet potest postulare
Quibus expensis earumque viarum, et iniunxerit officialis qui preesse debeat laborerio totius. Et si dicti viarii fuerint in consulto negligentes, solvant communi pro banno vice qualibet XX sol. ravennatensium dicti possessores faciant communi possessionibus a latere viae talis tenere et aptare, vel occasione sublimitationis vel alias ipsae viae in aliquo non ledantur. Et si dominus in sua possessione fecerit et fieri fecerit aliquod laborerium propter quod ipsae viae fuerint distructae, viam ipsam suis expensis reaptare teneatur et ad pristinum statum reducere. Qui vero contrafecerit solvat communi pro banno XL sol. den.: viarius in praedictis expensis officialis procedere possit ad petitionem cuiuslibet postulantis.

Praeterea fratres et viae quae aptentur terminentur et meliorentur et reformentur, possit habitantes in parrochia viariorum et fratrum et solios retentas ipsis viis dicte fontibus ad sententiam supradictorum viariorum et officialium praedictorum. Qui officiales teneantur et debeant pontes ipsos et vias ad sententiam supradictorum viariorum aptari facere expensis hominum parrochiae in qua sunt ad petitionem ipsorum viariorum.
Teneantur et officialis praedictus saltem in qualibet mense semel in parrochia qualibet totius terrae et

Quilibet potest postulare viam reaptari debere cum expensis

vide supra

127

et districtu sup(ra)d(ict)e vie adiacentes vias et fontes qui seu que refectione
seu melioramento indigeret facere aptari et refici et si dicti officiales
fuerint negligentes in suo officio in aliquo predictorum solvat quilibet bannum
x lib. qui in facto ut melius in suo statuto continetur et ab aliquibus
non valeat super apprehendi vel et occupari ordinamus quod potestas
et sui officiales bis quolibet mense faciat solemnes inquisitiones contra
omnes et singulas personas occupantes seu modo aliquo apprehendentes
et occupantes et apprehendentes tenebunt vias et eos qui in futurum
occupaverint vel apprehenderint in toto vel in parte aliquam seu
aliquas vias et eos qui in futurum occupaverint publicas vel vicinales
et in scriptis diligenter redigi faciat inquisitionem ipsam et dicta
singula testium super eas recipiendorum et si quam personam culpa-
bilem invenerint ipsam puniant et condemnent et punire et
condemnare teneantur et debeant in x lib. den. ravennatum et nihilominus
personam ipsam cogatur ad reducendum viam ipsam in pristinum statum et
habeat locum premissa in partibus preteritis et futuris prescriptione
in predictis alicuius temporis non obstante quod si potestas
predicta non fecerit seu a suis officialibus observari non
fecerit et ad executionem non duxerit puniatur pro mense
quolibet in xxv lib. sindicatores existentes eos sindicare et
de hoc potestas predicta et sui officiales facere teneantur et
debeant ex suo officio et etiam ad petitionem cuiuslibet cuius
hoc statutum denunciantibus seu notificantibus, quilibet etiam

de pena occupantium vias vide infra in cap. 31

Prescriptio non obstat in occupatione viarum

potest puniri et puniatur

quilibet pot ire q[ui]a occupat[ur] sine pena

ipsam seu ipsas vias sic occupatas vel apprehensas ubi possit et ipsam, aut ipsas ire, redire cum animalibus et bestijs sine contradictione cuiusq[ue] et sine aliqua pena et banno. laboratores vero qui tuas et alienas possessiones laborant teneantur et debeant iuxta vias et possessiones quas laborant facere carbonarias suffi-

laboratores tenentur facere carbonarias in poss[essioni]bus quas laborant

cientes et eas continue aptas tenere ita et taliter quod aqua de fossis carbonariae non decurrat, et via remaneret mundior seu arbitrio ... pedum, seu 8. si fuerit utile et expediens et declarabitur hoc fieri per dictos officiales viciarios et faciant carbonarias ipsas in terris quibus pretenditur possessio seu possessiones quas laborant. Qui vero contrafecerit in predictis solvat cui pro banno v. sol. ravennatos. Regimen teneatur et debeat per d. quolibet die sabati sub banno in facere Viarij teneantur et debeant saltem duabus vicibus mense quolibet denunciare labo ratores qui contrafecerint in predictis pena v sol. ravennatos. Preterea omnes de terra dicte que fuerint ordinatae ad aptandum partem vicinorum sibi spectantem sicut officiales attigerunt ... illi de districtu debeant interesse.

De ijs qui habent poss[ession]es ab utraq[ue] parte vie R[ubric]a xxx

Qui tenet seu poss[ession]es aliquas habent iuxta aliquam viam

vicinalem à duobus lateribus sive ab utraq. latere veniens, vice possit viam ipsam mutare et mittere ab uno latere sive possess:nis sive terre et ipsa via mutata et missa viâ primâ cum sua terra valeat laborare et laborari facere sine pena capitulo aliq.o aliquius statuti non obstante. Dummodo via mutata sive missa sit bona et sufficiens sicut prima, sive melior qua via mutata quilibet uti possit eundo redeundo cum personis et animalibus et rebus singulis sine pena, et statuto aliq.o non obstante. Dum tamen mutatio ipsa fiat cum deliberatione sind.ci cois et quatuor conviciniorum proximiorum, qui videant hoc fieri sine damno cois, et pro communi utilitati, et de hoc prestare debeant iuramentum corâ dno vic.o sac.ti

De volentibus mittere viam per suum terrenum 31

Statuimus quod si aliquis vel aliqui habentes terras seu vineas iuxta vias publicas seu vicinales et voluerit dictam viam mittere ab uno latere sue terre et per suum terrenum mittere eo modo possit illam occupare reddendo ipsam viam talem qualis erat antiqua vel et meliorem ut in precedenti capitulo continetur et ea delibe ratione, mo, et forma que in eodem capitulo continetur, et si due vie ad unum tendentes irent ad unum terrenum seu possessionem alterius, dnus terreni seu possess:nis ipsas in una sufficienter viam reducere possit et aliam occupare mo, et ordine supra scripto, si quoque pro maiori parte laborantium et eorum retentium

seu ipsarum altera de mutatione ipsa fuerit exposita querela coram iudice cois saxi. tunc iudex providere debeat ipsas vias et si invenerit querelam veram seu vias mutatas in pristinum statum reduci faciat qui mutaverit vel occupaverit predictas. Si autem aliqua semita est vel habemus fuit in terra et per terram alicuius que semita tempore quo alia terra laboratur cum ipsa terra sit solita laborari liceat sit dnis ipsius terre quod sibi placuerit ipsam semitam laborare et facere laborare et claudere et clausam sine aliqua pena tenere prescriptione alicuius temporis non obstante, qui vero semitam ipsam exclusit solvat coi saxi et vice qualibet XX sol. den. et et quicumque de eadem semita usus fuerit solvat coi saxi quantitatem predictam

Prescriptio non obstat contra occupantes vias vide hoc in T. X d. 29.

Quod nemini liceat apprehendere aliquam viam publicam vel vicinalem Rubrica XXXI

Ordinamus preterea quod nemini liceat aliquam viam pub. vel vicinalem apprehendere vel directione aut claudere contra formam statuti dni cois in totum vel in partem qui vero contrafecerit solvat coi saxi c. sol. et nihilominus ipsam viam in pristinum statum reducat

Vide hoc idem sub mini.... T. X d. 29.

Quod vic. semper debeat interesse et superesse acaptationi terre et muri Rubrica 33

127

Liber quintus

Vicarius terre sax: teneatur et debeat consilii auctoritatis d. terre facere congregari in qua proponatur quid sit faciendum super reaptatione terre predicte et burgorum ipsius, et totum et quicquid fuerit deliberatum in consilio ipso effectui demandetur

De non lavando pannos in fonte albello nec in eius abbeveratorio R^a. xxxiiij

Qui in fonte albello aut in abbeveratorio ibi constructo pannos lavaverint seu iuxta ipsum fontem seu abbeveratorium turpitudinem fecerint puniatur vice qualibet in xl sol ravennatum et possessores et omnis officialis ex eorum officio inquisitionem, et ad petitionem cuiuslibet postulantis procedere teneatur

Vide s. de aliis fontibus lib. 4 R^a. 47.

Hic debet esse statutum quod annuatim fiat unus calcinarius sumptibus communis et calcina expendatur pro reparatione murorum terre ubi opus erit pro turris

Hic debet esse statutum quod terrigenas teneantur facere manutenere scalas ad portas et facere claudere ... quemque ... introire

De porta Bonzianis aptanda R^a. 39

Porta bonziagnis aptetur, noltet, et murchiur expensis ... ad arbitrium dominorum vicarii et prior. et non fiat aliqua

turpitudo iuxta ipsam portam, a terra dni Betti mri Francisci usque ad mediam viae qua itur ad trossiam et citra ibi non proiciatur aliquae immunditiae et qui contrafecerit solvat comuni pro banno x sol. et immunditiam ipsam debeat levare cuius banni medietas sit accusatoris et cuilibet liceat contrafacientes accusare et habeat dimidiam banniatur autem qualibet die sabbati quando fit mercatum animalium ad vendendum

Hic debet esse statutum quod potestas pena xxv lib. 6 teneatur facere reparari pontes et camerarius comunis debeat expendere de quacumque pecunia d. comunis statuto aliquo non obstante

quod tenentes viam quam debeant ipsam reaptare

De terminatione stratarum publicarum facienda a certis semitis infra versus terram 44

Statuimus et ordinamus quod quicumque tenet viam aliquam et ipsa via occasione fluvii seu carbonariae quod seu quam teneret viam ipsam destrueret quastaret seu in aliquo deteriorasetur teneatur et debeat ipsam viam reparare et manutenere et si asseretur decentem reparari non posset debeat ipsam viam remictere et de novo facere in terra dicta et si ipsa via fortitam guastaretur occasione alicuius aquae seu pluviae vel alio modo et huiusmodi guastationes seu impedi-

128v

ratione vie terra seu possessio alicuius tenentis iuxta ipsam viam melioratam teneatur et debeat ipse talis tenens iuxta ipsam viam dictam viam reparare et aptare, et manu tenere et si reparari non possit eamdem viam remictere et de novo facere debeat per terram suam eque latam et amplam sicut prius erat omnibus suis expensis ut supra dictum est, si quis vero in predictis vel aliis predictorum contrafecerit puniatur pro vice qualibet in c. sol. den: et predicta nihilominus facere teneatur.

De terminatione stratarum publicarum faciendae a certis terminis infra ueterus terram 41.

Hospitale civitatis Roselle et vie d.te Civitatis

Strate publice com.is sant.i ab Hospitale civitatis Roselle infra, et a ponte valeuse infra, et a colmaiore infra, et a canelle infra in qualibet parte . . com.is sant.i termin... per homines eligendos per dominos vicarium et priores et quelibet in dictis stratis cavere debeat nec ipsas super apprehendere et in aliqua ipsarum aliquis non audeat ponere ingomberamentum aliquod et tamen a dictis stratis infra veterus terram que et in via audente a porta burgi avis usque ad fossatellam, nec et in valle terre sancti ... ... a platea magna usque ad aquerolis nec et in via nova pena c. sol. pro qualibet super apprehendente seu cavente et pena xx sol. pro qualibet ingombrante dictas vias seu aliquas

pena facientibus immunditias per viam novam per vallem et puiutem et per alia loca per terram

ipsaq. curia predicti potestatis et sui officiales cum iurisditione pro-
cedere possint et ad petitionem cuiuslibet postulantis

Hic debet esse statutum quod sint sex gualdarij de terra duo de cruce veteri, duo de burgo sancti francisci, et duo de burgo inferiori ad denuntiandum dampna dantes per terras

De non faciendo turpitudinem in et prope Cisternam in burgo inferiori xlvi

Quod nulla persona audeat ponere aliquas feces, urinalia, incarrem nec aliquam aliam turpitudinem, nec abluere nec imbottare aliquas vegetes vegitunculas nec tinos, nec panes, nec filatum circa dictam colam cisterne predicte ad x pedes prope dictam colam ad pedes communis et quicumque contrafecerit solvat communi pro banno pena qualibet vice centum sol. den. et quilibet possit accusare et credatur suo iuramento. Preterea quod macellum ordinatum in dicto burgo non possit fieri prope rectam a dicta cisterna supra usque in pede vie nove et quicumque contrafecerit solvat communi pro banno pena qualibet vice L. libras den: et dominus Vicarius et alij officiales dicte dicte terre teneantur de predictis facere executionem et si non fecerit solvat communi pro banno pena qualibet vice xxv lib. den: nulla reformatione obstante in contrarium

Ubi non licet facere beccariam in burgo inferiori

De non trahendo aliquam personam extra suam parrochiam ad aliquas laborerias Rubrica xlvij

Statuimus et ordinamus quod nulla persona de districtu Sancti

131

trahatur, nec trahi possit seu vocari ad aliquod laborerium extra dictam parrochias ortu ad laborerium stratarum regalium reel nisi per formam alicuius statuti primitu esset aut contingeret quod exinde reformatio fieret per generali et publicum parlamentum

De stratis cisternis et puteis Intus Terram manu tenendis et remundandis Rubrica xlviij

Dicimus et quod strate publice, cisterne putei et fontes intus terram supradictam et pontes intus dictam terram et Pons marrene qui est iuxta finem strada que vadit ad Monasterium Sancte Crucis fonti [illegible] de [illegible] à dicta Terra supradicta manu teneantur et remundentur expensis totius communitatis supradicte ut fuit dictum et in dictam rubricam de dominibus

De ponte marrene manu tenenda expensis communis

Die 21 Maij 1477

Hic debet esse bannum ex parte Sub. [illegible] supradicte et tenoris est che nessuna persona ardischi pescare o mettere rete ne far altra cosa nelli vallati delle molina di detta Terra senza licentia delli padroni sotto pena di uno fiorino per volta et per ciascuno applicati per un quarto alla camera apostolica et per un altro quarto alli padroni delli detti molini, et l'altro quarto all'officiale l'altro quarto all'accusatore quale sara creso con un testimonio

Rogatus ser Gio: Guido da Fabriano cancelliero

Finis Laus Deo,

Copia decreti super Appellationibus Interponendis

1454

Nos Aloysius de Aptis

Nicolai PP. V. In Dei nomine Amen. Anno ab eiusdem Nativitate m°.cccc.
liiij. indictione 2.da tempore Sanctissimi in Christo patris et d. n. D. Nicolai divina
providentia PP. V. die vero xvi. mensis Iulij. Nos Aloysius q.
Fran.ci de Aptis, et Actius q. Ungari de Actis de Saxoferrato, eiusdem
Terrae Saxiferrati pro Sac. S.ta R. E. et domino nostro PP. in temporalibus vicarij
generales. Cupientes quantum possumus litibus et iurgijs
subditorum finem imponere et improbe litigantibus nos opponere
ne eorum malitia et fraude creditores veros torqueant impensis quoque
inutilibus et iniustis afficiant quimo ut scelera in auctores
tandem redeant suos si pertinaces fuerint, et ut proprio se gladio
perimant pariterque omnia advertentes, crebras et quoque molestas hominum
nostrorum lamentationes quae quotidie ad audientiam nostram pervenerint
quod videlicet a, tribus potestatum et aliorum officialium nostrorum sepe sententiae
diriguntur frustatoriae, ac nullae appellant, certo modo iustitiae
partes et officium impediantur de subdili, tam creditores quam
qui solvere tenentur damna saepe magna patiuntur iniuste
atque improbe. Volentes quoque cavillosis huiusmodi et frustatorijs appellatio-
nibus omni quo possumus remedio obviare, curareque ut si ea maliciose
et fraudulenter appellantes debita mulcta, Presenti constitutione
lege seu decreto in perpetuum valituro firmamus et decernimus
atque sancimus quod de cetero nullus cuiusque conditionis et
gradus existat audiatur vel admictatur ad appellandum
reclamandum seu petendum reductionem ad arbitrium boni viri

nota quod effectus appellationis est duplex
p.s quia extinguit vel suspendit
iurisdictionem iudicis a quo,
2. quia pendente appellatione ligatae sunt
manus iudicis, nec ultra potest
quicquam agere, sive detulerit appellationem
sive non ut l. si cum dies ff. de
ap: rec. l. i. ff. nil nov: appellatione
pend. et l. iudex. ff. de re iud.
et in l. si cuius ff. de ap: rec.
et in l. 3. c. de appellationibus
et ibi de papin.

Quaerit. qua ratione sit reperta appellatio
dic quod duplici de ca. p. ut defectus
probationis intervenientes in princip.
lite possit supplere, et sic ratione
appellationis, 2. quod ne iudicantis iniquitas vel impe-
ritia remaneat in parte
praeiudicium resultat ut in l.
p.a in princ. ff. de appell.

130v

seu de nullitate dicendu ab aliqua s[enten]tia diffinitiva vel inter-
locutoria, precepto, seu gravamine d[omi]ni p[otesta]tis, Iudicis, arbitri, seu
arbitratoris vel cuiuscumque alterius officialis dicte terre s[anc]ti
[...] in causa tam civili, q[uam] criminali, seu mixta, nisi tunc ip[s]e
q[ui] appellat reclamat seu reductionem petit vel de nullitate

In appellationibus deponenda quedam den: summa

dicit, deponat cum effectu et consignet atque relasset penes
camerarium d[ict]i co[mmun]is sanct[i] libras XXV si fuerit a diffinitiva
sive s[enten]tia lib. XII cum dimidio, si fuerit ab interlocutoria
s[enten]tia, precepto, sive gravamine appellatum reclamatum
seu reductio petita, nulla rehabendi spe, nisi causam
dicte appellationis, reclamationis, vel petite reductionis
seu de nullitate dictionis apud eum iudicem victoriam
obtinuerit alias dicta quantitas soluta loco pene frustatorie
inique et nulle appellationis succedat et publicetur et
publicata habeatur, quod si dicti depositum dicto tempore
et per dictos appellantes ut supra non fuerit factum habeatur
in omnibus et per omnia perinde ac si appellatum reclamatum
ac petita reductio non fuerit, dictaque s[enten]tia et pacta
elapso tempore de iure, et statuto, et constitutione
decreta executioni mittantur per dictos potestatem, iudices, vel
alios quoscumque officiales ad petitionem partis sub pena lib. 10
[...] iuris statutorum seu constitutionum que super huiusmodi
executionibus mandandis loquerentur quibuscumque in contrarium facientibus
non obstantibus. In aliis vero hic non expressis serventur constitutiones

Constitutiones mandantur in appellationibus

de appellatione loquentes. Finis laus Deo

Copia indulti App.ci Pij P.P. secundi.

Pius Papa 2dus

In Dei nomine Amen. Hec est exempli copia dicte transumpti
nonnullorum Breuium repertorum in archiuiis cois terre saxiferri,
quorum tenor talis est Vz. a tergo. Dilectis filijs comunitati
